

P. OVIDII NASONIS  
CARMINA SELECTA

mit erläuternden Anmerkungen

zum Schulgebrauche

herausgegeben von

OTTO GEHLEN und KARL SCHMIDT.

Zweite verbesserte Auflage.



WIEN, 1879.

Verlag von Bermann & Altmann.

(Alleiniger Inhaber David Bermann.)

I. Johannesgasse Nr. 2.

## VORWORT.

Diese zweite Auflage unterscheidet sich von der ersten 1) durch Ausscheidung mehrerer minder passender Stücke, an deren Stelle der Phaethon getreten ist, 2) durch Erweiterung des sachlichen und sprachlichen Commentars.

Wenn auch die Anlage, die es sich zum Ziele setzte, kleinere in sich abgeschlossene Ganze herauszuheben, im Wesentlichen dieselbe geblieben ist, so weicht doch an nicht wenigen Stellen auch der Text dieser Auflage von dem der früheren ab, namentlich da, wo derselbe Kürzungen oder Aenderungen erfahren hatte.

Was die Erweiterung des Commentars betrifft, so war dessen Knappheit in der ersten Auflage nicht aus der Ansicht hervorgegangen, als könne er ohne bedeutende Zuthaten des Lehrers, dem Schüler die Präparation auch für viele Stücke aus den Fasten ermöglichen, sondern die damalige Beschränkung besonders in sachlichen Dingen hatte ihren Hauptgrund darin, dass man damals noch alles Ernstes in den Kreisen der Fachlehrer einen langen Streit darüber führen konnte, ob in den Schulen Classiker mit oder ohne Commentar zu lesen seien.

Mit dankbarer Anerkennung gestehen die Herausgeber gerne, die Arbeiten ihrer Vorgänger, insbesondere für die Metamorphosen die Ausgaben von Merkel, Riese, Siebelis, Haupt (Korn), für die Fasten die von Peter, endlich Prellers Mythologie benutzt zu haben.

In der Orthographie haben sich dieselben an das Hilfsbüchlein von Brambach angeschlossen, welches auch für die Orthographie der lateinischen Schulgrammatik von K. Schmidt massgebend war, auf die im vorliegenden Büchlein verwiesen wird.

Schliesslich fühlen sich die Herausgeber verpflichtet, den Herren Director Dr. J. Hauler und Prof. Dr. J. Zechmeister den wärmsten Dank für die Bereitwilligkeit auszusprechen, mit der sie sich der Mühe der Correctur dieser Arbeit unterzogen, die sie ausserdem durch manchen beachtenswerten Wink förderten.

WIEN, im Februar 1879.

*Die Herausgeber.*

SENTENZEN.

1 Nēc māgnūs cēnsūs | nēc clārūm nōmēn avōrūm  
Sēd prōbitās māgnōs | ingēniūmq̄ facit.

2 Ōtrā corpūs alunt |; animūs quōquē pascitūr illis;  
Immōdicūs cōtrā | carpit utrūmq̄ labōr.

3 Gūttā cavāt lapidēm |; cōsumitūr anulūs ūsū  
Et tēritūr prēssā | vōmēr adūncūs hūmō.

4 Nitimūr in vētitūm | sēmpēr cupimūsquē negatā.  
Sic intēdictis | immīnēt ōgēr aquis.

5 Dūm virēs anniq̄ sinunt |, tōlērātē labōrēs:  
Iām veniēt tacitō | cūrvā sēnēctā pedē.

6 Terrā salūtārēs herbās | eādēmq̄ nocētēs  
Nūtrit et ūrticā | proximā sēpē rosā (e)st.

- 7 Flūminā paucā vidēs|| de magnis fontibus orta;  
Plūrimā collētis|| multiplicāntur aquis.
- 8 Principiis obstā.|| Serō medicinā parātur,  
Cūm malā p̄r longās|| convāluerē mōrās.
- 9 Sī, quotiens hōminēs p̄ccānt||, suā fūlminā mittat  
Iūppit̄er, exigūō|| tēmp̄or(e) inermis erit.
- 10 Nōn hōvē māctatō|| cālestiā nūmīnā gaudēt,  
Sēd, quāe prāstandā (e)st|| et sinē tēstē, fidē.
- 11 Nōn, quāe de parvā paup̄er dis libat acerrā,  
Turā minūs grandī|| quām datā lancē valēt.
- 12 Dōnēc eris felix||, multōs nūmērābis amīcōs,  
Tēmp̄orā sī fuērīnt|| nūbila, sōlūs eris.
- 13 Magnā fuit quōndā|| capitis rēvērēntiā cānī,  
Inquē suō prētriō|| rūgā sēnilis erāt.

10. et sine: et = etiam. 11. verbinde: Tura, quae pauper de parva acerra dis libat, non minus valent, quam (tura) data grandi lance.

- 14 Perfer et obdura: dolor hic tibi proderit olim;  
Saepe tulit lassis sucus amarus opem.
- 15 Fortior est, qui se, quam qui fortissima vincit  
Moenia; nec virtus altius ire potest.
- 16 Artibus ingenuis, quarum tibi maxima cura est,  
Pectora mollescent asperitasque fugit.
- 17 Cernis, ut ignavum corrumpant otia corpus,  
Ut capiant vitium, ni moveantur, aquae.
- 18 Quid magis est durum saxo, quid mollius unda?  
Dura tamen molli saxa cavantur aqua.
- 19 Fertilior seges est alieno semper in agro,  
Vicinumque pecus grandius uber habet.
- 20 Passibus ambiguis Fortuna volubilis errat,  
Et manet in nullo certa tenaxque loco;  
Sed modo laeta manet, vultus modo sumit acerbos,  
Et tantum constans in levitate sua est.
- 21 Carmina perpetuae peragunt praeconia laudis,  
Neve sit actorum fama caduca, cavent.

21, 2. neve sit, cavent = et cavent, ne etc.

Carmine fit vivax virtus expersque sepulcri  
Notitiam serae posteritatis habet.

22 Venturae memores iam nunc estote senectae;

Sic nullum vobis tempus abibit iners.

Dum licet et veros etiam nunc editis annos.

Ludite, eunt anni more fluentis aquae.

Nec, quae praeteriit, iterum revocabitur unda,

Nec, quae praeteriit, hora redire potest.

Utendum est aetate: cito pede labitur aetas.

Nec bona tam sequitur, quam bona prima fuit.

Hos ego, qui canent frutices, violaria vidi:

Hac mihi de spina grata corona data est.

23 Vina parant animos faciuntque caloribus aptos:

Cura fugit multo diluiturque mero.

Tunc veniunt risus: tunc pauper cornua sumit;

Tunc dolor et curae rugaque frontis abit.

Tunc aperit mentes aevo rarissima nostro

Simplicitas, artes excutiente deo.

22. 3. *edere*, angeben. — 23. 3. *cornua sumit*, bekommt Mut (eig. wird stössig). — 6. *deo*, Baccho. — 6. *artes*, Gegensatz von *simplicitas*.

## E LIBRIS METAMORPHOSEON.

### 1. DIE WELTALTER.

- Aurea prima sata est aetas, quae, vindice nullo,  
Sponte sua, sine lege, fidem rectumque colebat.  
Poena metusque aberant; nec verba minacia fixo  
Aere legebantur: nec supplex turba timebat  
5 Iudicis ora sui, sed erant sine iudice tuti.  
Nondum caesa suis, peregrinum ut viseret orbem,  
Montibus in liquidas pinus descenderat undas:  
Nullaque mortales, praeter sua, litora norant.  
Nondum praecipites egebant oppida fossae:  
10 Non tuba directi, non aeris cornua flexi,  
Non galeae, non ensis erant. Sine militis usu  
Mollia securae peragebant otia gentes.  
Ipsa quoque immunis, rostroque intacta, nec ullis  
Saucia vomeribus, per se dabat omnia tellus;  
15 Contentique eibus, nullo cogente, creatis  
Arbuteos fetus montanaque fraga legebant,  
Cornaque et in duris haerentia mora rubetis,  
Et quae deciderant patula Iovis arbore glandes.  
Ver erat aeternum, placidique tepentibus auris  
20 Mulcebant Zephyri natos sine semine flores.  
Mox etiam fruges tellus inarata ferebat,  
Nec renovatus ager gravidis caneat aristis.

I. 3. *fixo aere*, *abl. loci* ohne Präp., dichterisch. So waren die Gesetze der Decemviren auf 12 ehernen Tafeln öffentlich ausgestellt. — 4. *supplex turba*, die Angehörigen, Freunde, Clienten des Angeklagten. — 6. u. 7. Verbinde *caesa pinus nondum descenderat suis montibus*. — 13. *ipsa i. e. tellus — immunis* in dem Sinne wie 15 *nullo cogente (terram)*. — 17. *mora*, 'Brombeeren'. — 18. *Iov. arbore*, 'Eiche'. — *glandes*, eine essbare Eichelart im Süden. — 22. *nec*, die Negation gehört nicht zu *canebat*.

- Flumina iam lactis, iam flumina nectaris ibant;  
Flavaque de viridi stillabant ilice mella.
- 25 Postquam, Saturno tenebrosa in Tartara misso,  
Sub Iove mundus erat, subiit argentea proles,  
Auro deterior, fulvo pretiosior aere.  
Iuppiter antiqui contraxit tempora veris:  
Perque hiemes aestusque et inaequales autumnos
- 30 Et breve ver spatium exegit quattuor annum.  
Tum primum siccis aër fervoribus ustus  
Canduit, et ventis glacies adstricta pependit.  
Tum primum subire domus. — Domus antra fuerunt  
Et densi frutices et vinctae cortice virgae. —
- 35 Semina tum primum longis Cerealia sulcis  
Obruta sunt, pressique iugo gemuere iuveni.  
Tertia post illam successit aënea proles,  
Saevior ingenii et ad horrida promptior arma,  
Non scelerata tamen. De duro est ultima ferro.
- 40 Protinus irrupit venae peioris in aevum  
Omne nefas: fugere pudor verumque fidesque:  
In quorum subire locum fraudesque dolique  
Insidiaeque et vis et amor sceleratus habendi.  
Vela dabant ventis, nec adhuc bene noverat illos
- 45 Navita: quaeque diu steterant in montibus altis,  
Fluctibus ignotis insultavere carinae.  
Communemque prius, ceu lumina solis et auras,  
Cautus humum longo signavit limite mensor.  
Nec tantum segetes alimentaue debita dives
- 50 Poscebatur humus; sed itum est in viscera terrae,  
Quasque recondiderat Stygiisque admoverat umbris,  
Effodiuntur opes, irritamenta malorum.  
Iamque nocens ferrum ferroque nocentius aurum  
Prodierant: prodit bellum, quod pugnat utroque,
- 55 Sanguineaue manu crepitantia concutit arma.

26. *subiit*: so oft im Perf. der Comp. von *eo*, aber nur in der Arsis. — 27. *deterior*, nicht *peior*, vgl. 40. — 30. *exegit*, (führte zu Ende) liess sich erstrecken. — 34. *cortice*, ‚Bast. — 35. *ingenium*, ‚Sinnesart. — 40. *peioris venae* (Metallader) Gen. qual. — 41. *verum*, ‚Wahrheit. — 45. *quaeque* etc. constr. *carinaeque*, *quae* vgl. 18. — 47 *lumina et auras*, der Accus. ist vom verglichenen Objecte *communem humum* attrahirt. — 51. *quasque* etc., die Wortstellung wie 45.

- Vivitur ex raptō; non hospes ab hospite tutus,  
Non socer a genero, fratrum quoque gratia rara est.  
Imminet exitio vir coniugis, illa mariti;  
Lurida terribiles miscent aconita novercae;  
60 Filius ante diem patrios inquit in annos.  
Victa iacet Pietas; et Virgo caede madentes  
Ultima caelestum terras Astraera reliquit.  
Nevē foret terris securior arduus aether,  
Adfectasse ferunt regnum caeleste Gigantas,  
65 Altaque congestos struxisse ad sidera montes.  
Tum pater omnipotens misso perfregit Olympum  
Fulmine, et excussit subiecto Pelion Ossae.  
Obruta mole sua cum corpora dira iacerent,  
Perfusam multo natorum sanguine Terram
- 70 Immaduisse ferunt, calidumque animasse cruorem,  
Et, ne nulla suae stirpis monumenta manerent,  
In faciem vertisse hominum. Sed et illa propago  
Contemptrix superum saevaeque avidissima caedis  
Et violenta fuit: scires e sanguine natos.

## 2. LYCAON.

(Fortsetzung.)

- Quae pater ut summa vidit Saturnius arce,  
Ingemit et, facto nondum vulgata recenti,  
Foeda Lycaoniae referens convivia mensae,  
Ingentes animo et dignas Iove concipit iras,  
5 Conciliumque vocat; tenuit mora nulla vocatos.  
Est via sublimis, caelo manifesta sereno:

57. *socer*, wie Caesar u. Pompeius. — *gratia*, ‚Liebe. — 59. *lurida* heisst die Wolfswurz als Ursache des bleichmachenden Todes. — 60. *ante diem*, dem natürlich zu erwartenden. — *inquit*, z. B. bei den Wahrsagern. — 62. verb. *et virgo A. ultima caelestum* (= *caelestium*) *madentes caede terras*. — 65. *congestos struxisse* den Pelion auf den Ossa und den Olympus auf den Pelion. — 74. *scires*, ‚man konnte erkennen, vgl. Gram. § 308, Anm. 3. — Der Subjectsacc. zu *natos* ist zu ergänzen.

2, 1. *quae*, die Verruchtheit der Menschen, I, 37—62 geschildert. — 2. *facto recenti*, causal. Abl. abs. zu *nondum vulgata* (*convivia*). — 3. *referens* = *in memoriam sibi revocans*. — *Lyc. mensae*, vgl. 55 ff.

- Lactea nomen habet, candore notabilis ipso.  
 Hac iter est superis ad magni tecta Tonantis  
 Regalemque domum: dextra laevaue deorum  
 10 Atria nobilium valvis celebrantur apertis.  
 Plebs habitat diversa locis; a fronte potentes  
 Caelicolae clarique suos posuere penates.  
 Ergo ubi marmoreo superi sedere recessu,  
 Celsior ipse loco, sceptroque innixus eburno,  
 15 Terrificam capitis concussit terque quaterque  
 Caesariem, cum qua terram, mare, sidera movit.  
 Talibus inde modis ora indignantia solvit:  
 'Non ego pro mundi regno magis anxius illa  
 Tempestate fui, qua centum quisque parabat  
 20 Inicere anguipedum captivo bracchia caelo.  
 Nam quamquam ferus hostis erat, tamen illud ab uno  
 Corpore et ex una pendebat origine bellum.  
 Nunc mihi, qua totum Nereus circumsonat orbem,  
 Perdendum est mortale genus. Per flumina iuro  
 25 Infera, sub terras Stygio labentia luco,  
 Cuncta prius temptata: sed immedicabile vulnus  
 Ense recidendum est, ne pars sincera trahatur.  
 Sunt mihi semidei, sunt rustica numina, nymphae  
 Faunisque satyrique et monticolae Silvani:  
 30 Quos quoniam caeli nondum dignamur honore,  
 Quas dedimus, certe terras habitare sinamus.  
 An satis, o superi, tutos fore creditis illos,  
 Cum mihi, qui fulmen, qui vos habeoque regoque,  
 Struxerit insidias notus feritate Lycaon?'

7. *lactea*, nom. h. = *nomen ei est*. — 10. *valvis apertis*, (Abl. qual.) wegen des Besuches der niederen Götter (plebs), gleichsam der Clienten der *nobilium*. — 10. *celebrantur* = *frequentantur*. — 11. *locis*, Abl. limit. — *a fronte*, 'nach der Vorderseite' (der Milchstrasse). — 12. *penates*, als Beschützer des Hauswesens werden sie oft für das Haus selbst gebraucht. — 13. *ergo*, 'also' nimmt (wie *igitur*) die unterbrochene Erzählung wieder auf. — *recessu*, inneres Gemach'. — 17. *ora solvere*, 'den Mund aufthun'. — 19. *centum* verb. mit *bracchia*. — 20. *anguipedum i. e.* Giganten. — *captivo*, proleptisch, d. i. um ihn einzunehmen, (eigentlich 'den fast schon eingenommenen'). — 22. *corpore* 'Körperschaft'. — *origine i. e. stirpe*. — 23. *qua* 'soweit'. — 27. *sincera* = *integra* — *trahatur* 'mit ergriffen werde'. — 32. *an* vgl. Gramm. § 340, b.

- 35 Contremaere omnes, studiisque ardentibus ausum  
 Talia deposcunt. Rex postquam voce manuque  
 Murmura compressit, tenere silentia cuncti.  
 Substitit ut clamor, pressus gravitate regentis,  
 Iuppiter hoc iterum sermone silentia rupit:  
 40 'Ille quidem poenas — curam hanc dimittite — solvit.  
 Quod tamen admissum, quae sit vindicta, docebo.  
 Contigerat nostras infamia temporis aures;  
 Quam cupiens falsam, summo delabor Olympo  
 Et deus humana lustrum sub imagine terras.  
 45 Longa mora est, quantum noxae sit ubique repertum,  
 Enumerare: minor fuit ipsa infamia vero.  
 Maenala transieram, latebris horrenda ferarum,  
 Et cum Cyllene gelidi pineta Lycaei.  
 Arcadis hinc sedes et inhospita tecta tyranni  
 50 Ingredior, traherent cum sera crepuscula noctem.  
 Signa dedi venisse deum, vulgusque precari  
 Coeperat: irridet primo pia vota Lycaon,  
 Mox ait 'Experiar, deus hic, discrimine aperto,  
 An sit mortalis; nec erit dubitabile verum'.  
 55 Nocte gravem somno necopina perdere morte  
 Me parat: haec illi placet experientia veri.  
 Nec contentus eo, missi de gente Molossa  
 Obsidis unius iugulum mucrone resolvit;  
 Atque ita semineces partim ferventibus artus  
 60 Mollit aquis, partim subiecto torruit igni.  
 Quos simul imposuit mensis, ego vindice flamma  
 In domino dignos everti tecta Penates.  
 Territus ipse fugit, nactusque silentia ruris  
 Exululat, frustra loqui conatur: ab ipso  
 65 Colligit os rabiem, solitaeque cupidine caedis  
 Vertitur in pecudes, et nunc quoque sanguine gaudet.  
 In villos abeunt vestes, in crura lacerti:

36. *deposcunt i. e. ad poenam*. — 41. *admissum* subst. = *scelus*. — 46. *vero* Abl. comp. — 47. 48. Maenala, Cyllene u. Lycaeus, Berge Arcadiens. — 49. *Arc. tyranni i. e. Lycaonis*. — 53. *discrimine* (Unterscheidungsmittel d. i. Probe) *aperto* verb. mit *experior*. — 61. *simul* = *simulac.* — *flamma fulminis*. — 62. constr. *everti tecta in P. dom. dignos*: die Penaten hätten das Verbrechen hindern sollen. — 64. *ab ipso* aus sich selbst, aus der eigenen Gemütsart.

- Fit lupus, et veteris servat vestigia formae.  
Canities eadem est, eadem violentia vultus.
- 70 Idem oculi lucent, eadem feritatis imago.  
Occidit una domus, sed non domus una perire  
Digna fuit: qua terra patet, fera regnat Erinys.  
In facinus iurasse putes. Dent ocuis omnes,  
Quas meruere pati — sic stat sententia — poenas.
- 75 Dicta Iovis pars voce probant stimulosque frementi  
Adiciunt, alii partes assensibus implent.  
Est tamen humani generis iactura dolori  
Omnibus, et, quae sit terrae mortalibus orbae  
Forma futura, rogant: quis sit laturus in aras
- 80 Tura? ferisne paret populandas tradere terras?  
Talia quaerentes — sibi enim fore cetera curae —  
Rex superum trepidare vetat, subolemque priori  
Dissimilem populo promittit origine mira.  
Iamque erat in totas sparsurus fulmina terras:
- 85 Sed timuit, ne forte sacer tot ab ignibus aether  
Conciperet flammam, longusque ardesceret axis.  
Esse quoque in fati reminiscitur, adfore tempus,  
Quo mare, quo tellus, correptaque regia caeli  
Ardeat et mundi moles operosa labore.
- 90 Tela reponuntur manibus fabricata Cyclopum.  
Poena placet diversa, genus mortale sub undis  
Perdere et ex omni nimbo demittere caelo.

### 3. DIE DEUCALIONISCHE FLUT.

(Fortsetzung.)

Protinus Aeoliis Aquilonem claudit in antris,  
Et quaecumque fugant inductas flamina nubes;

68. *lupus*, vgl. *λύκος* mit dem Namen *Λυκάων*. — 70. *idem* — *idem*. — 72. *Erinys*, nicht die rächende, sondern die, welche den Menschen durch Verblendung zum Frevel antreibt. — 73. *iurasse*, das Subject ergibt sich aus dem Zusammenhang. — *ocius*, 'je eher, je lieber'. — 76. *partes*, 'Obliegenheit'. — 86. *axis*, 'Himmelsaxe' für den ganzen Himmel. — 88. *correpta flammis*. — 89. *operosa* 'mühevoll, kunstvoll', — *laboret*, 'Schaden leide'.

3. 1. *Aquilonem*, als Bringer hellen und trockenen Wetters.  
— 2. *inductas caelo*.

- Emittitque Notum. Madidis Notus evolat alis.  
Terribilem picea tectus caligine vultum:
- 5 Barba gravis nimbis, canis fluit unda capillis,  
Fronte sedent nebulae, rorant pennaeque sinusque.  
Utque manu late pendentia nubila pressit,  
Fit fragor, hinc densi funduntur ab aethere nimbi.  
Nuntia Iunonis, varios induta colores,
- 10 Concepit Iris aquas, alimentaue nubibus adfert.  
Sternuntur segetes, et deplorata colonis  
Vota iacent, longique perit labor irritus anni.  
Nec caelo contenta suo est Iovis ira, sed illum  
Caeruleus frater iuvat auxiliaribus undis.
- 15 Convocat hic amnes; qui postquam tecta tyranni  
Intraverat sui, 'Non est hortamine longo  
Nunc' ait, 'utendum: vires effundite vestras;  
Sic opus est: aperite domos, ac mole remota  
Fluminibus vestris totas immittite habenas'.
- 20 Iusserat: hi redeunt, ac fontibus ora relaxant,  
Et defrenato volvuntur in aequora cursu.  
Ipse tridente suo terram percussit: at illa  
Intremuit motuque vias patefecit aquarum.  
Exspatiata ruunt per apertos flumina campos,
- 25 Cumque satis arbusta simul pecudesque virosque  
Tectaue cumque suis rapiunt penetralia sacris.  
Si qua domus mansit, potuitque resistere tanto  
Indeiecta malo, culmen tamen altior huius  
Unda tegit, pressaeque latent sub gurgite turres.
- 30 Iamque mare et tellus nullum discrimen habebant;

4. *vultum*, der Acc. abhängig (nach griech. Weise) von dem medialen *tectus*, der sich verhüllt hatte. So oft bei den Verben des Bekleidens, vgl. 9. Hievon ist zu unterscheiden der gleichfalls nach griech. Weise bei Dichtern häufige Accus. des näher bestimmten Theiles: *hiems canos hirsuta capillos* 5,30. — 10. *concepit*, 'zieht an sich' die Feuchtigkeit von der Erde. — 11. u. 12. *deplorata* u. *irritus* mit den Prädicaten zu verbinden, ebenso 28 *indeiecta*, — 14. *auxiliaribus*, vgl. *cohortes auxiliares*. — 15. *tecta*: der Gott wohnte in der Tiefe des Meeres. — 19. *immittite habenas* 'die Zügel schießen lassen'. — 26. *sacris i. e. penetibus*. — 29. *premere* (niederdrücken) 'versenken'. — *turres* hohe Gebäude überhaupt.



- Omnia pontus erat; deerant quoque litora ponto.  
Occupat hic collem; cumba sedet alter aduena  
Et ducit remos illic, ubi nuper ararat.  
Ille super segetes aut mersae culmina villae  
35 Navigat; hic summa piscem deprendit in ulmo.  
Figitur in viridi, si fors tulit, ancora prato,  
Aut subiecta terunt curvae vineta carinae.  
Et, modo qua graciles gramen carpsere capellae,  
Nunc ibi deformes ponunt sua corpora phocae.  
40 Mirantur sub aqua lucos urbesque domosque  
Nereides: silvasque tenent delphines, et altis  
Incursant ramis agitataque robora pulsant.  
Nat lupus inter oves, fulvos vehit unda leones.  
Unda vehit tigres; nec vires fulminis apro,  
45 Crura nec ablato prosunt velocia cervo.  
Quaesitisque diu terris, ubi sistere detur,  
In mare lassatis volucris vaga decedit alis.  
Obruerat tumulos immensa licentia ponti,  
Pulsabantque novi montana cacumina fluctus.  
50 Maxima pars unda rapitur; quibus unda pepercit.  
Illos longa domant inopi ieiunia victu.

## 4. DEUCALION UND PYRRHA.

(Fortsetzung.)

- Separat Aonios Oetaeis Phocis ab arvis,  
Terra ferax, dum terra fuit; sed tempore in illo  
Pars maris et latus subitarum campus aquarum.  
Mons ibi verticibus petit arduus astra duobus,  
5 Nomine Parnasus, superantque cacumina nubes.  
Hic ubi Deucalion — nam cetera texerat aequor —  
Cum consorte tori parva rate vectus adhaesit,

31. *deerant*, wo bei *desum* zwei e zusammentreffen, bilden sie für die dichterische Messung eine Silbe. — *quoque*, die Stellung dichterisch. — 42. *agitataque* proleptisch = *ita ut agitentur*. — 44. *vires fulminis*, die Blitzzkraft (der Hauer). — 45. *ablato* von den Fluten. — 48. *tumulos* = *colles*. — 49. *novi* (ungewöhnlich) 'unbekannt'. — 50. *pars i. e. animantium*.

- Corycidas nymphas et numina montis adorat.  
Fatidicamque Themis, quae tunc oracla tenebat.  
10 Non illo melior quisquam nec amantior aequi  
Vir fuit, aut illa metuentior ulla deorum.  
Iuppiter ut liquidis stagnare paludibus orbem,  
Et superesse virum de tot modo milibus unum,  
Et superesse videt de tot modo milibus unam,  
15 Innocuos ambos, cultores numinis ambos,  
Nubila disiecit, nimisque aquilone remotis  
Et caelo terras ostendit, et aethera terris.  
Nec maris ira manet, positoque tricuspide telo  
Mulcet aquas rector pelagi, supraque profundum  
20 Exstantem atque umeros innato murice tectum  
Caeruleum Tritona vocat, conchaeque sonanti  
Inspirare iubet, fluctusque et flumina signo  
Iam revocare dato. Cava bucina sumitur illi,  
Tortilis, in latum quae turbine crescit ab imo,  
25 Bucina, quae medio concepit ubi aëra ponto,  
Litora voce replet sub utroque iacentia Phoebos.  
Tunc quoque, ut ora dei madida rorantia barba  
Contigit et cecinit iussos inflata receptus,  
Omnibus audita est telluris et aequoris undis.  
30 Et quibus est undis audita, coërcuit omnes.  
Flumina subsidunt, collesque exire videntur:  
Iam mare litus habet, plenos capit alveus amnes;  
Surgit humus, crescunt loca decrescantibus undis;  
Postque diem longam nudata cacumina silvae  
35 Ostendunt, limumque tenent in fronde relictum.  
Redditus orbis erat. Quem postquam vidit inanem,  
Et desolatas agere alta silentia terras,

4, 8. *Corycidas*, die korycische Höhle auf dem Parnasus oberhalb Delphi war den Nymphen geweiht. — *numina*, die Musen, die auf dem Parnas wohnten. — *tunc oracla*: später hatte dies Orakel zu Delphi Apollo inne. — 18. *positoque* = *deposito*. — 19. *profundum*, subst. — 20. *murice* collectiv, statt des Plurals 'mit angewachsenen Muscheln'. — 23. *illi* statt *ab illo*. — 24. *turbine imo*: diese Windung bildet das Mundstück. — 25. *concepit aëra* durch Blasen. — 26. *sub utroque Phoebos, oriente et occidente*. — 28. *contigit i. e. bucina*. — *receptus* statt des prosaischen *receptui*. — 29. *undis* Dativ wie 23. — 31. *videntur* 'man sieht wie'. — 34. *diem* 'Zeit'. — *nudata fluctibus*.

- Deucalion lacrimis ita Pyrrham affatur obortis:  
 O soror, o coniunx, o femina sola superstes,  
 40 Quam commune mihi genus et patruelis origo,  
 Deinde torus iunxit, nunc ipsa pericula iungunt:  
 Terrarum, quascumque vident occasus et ortus,  
 Nos duo turba sumus: possedit cetera pontus.  
 Haec quoque adhuc vitae non est fiducia nostrae  
 45 Certa satis: terrent etiam nunc nubila mentem.  
 Quid tibi, si sine me fatis erepta fuisses,  
 Nunc animi, miseranda, foret? quo sola timorem  
 Ferre modo posses? quo consolante doleres?  
 Namque ego, crede mihi, si te quoque pontus haberet,  
 50 Te sequerer, coniunx, et me quoque pontus haberet.  
 O utinam possim populos reparare paternis  
 Artibus, atque animas formatae infundere terrae!  
 Nunc genus in nobis restat mortale duobus —  
 Sic visum superis — hominumque exempla manemus'.  
 55 'Dixerat, et flebant. Placuit caeleste precari  
 Numen, et auxilium per sacras quaerere sortes.  
 Nulla mora est: adeunt pariter Cephisidas undas,  
 Ut nondum liquidas, sic iam vada nota secantes.  
 Inde ubi libatos irroravere liquores  
 60 Vestibus et capiti, flectunt vestigia sanctae  
 Ad delubra deae, quorum fastigia turpi  
 Pallebant musco, stabantque sine ignibus arae.  
 Ut templi tetigere gradus, procumbit uterque  
 Pronus humi, gelidoque pavens dedit oscula saxo.  
 65 Atque ita 'Si precibus' dixerunt, numina iustis  
 Victa remollescunt, si flectitur ira deorum:  
 Dic, Themî, quâ generis damnum reparabile nostri  
 Arte sit, et mersis fer opem, mitissima, rebus'.

39. *soror*, eigentlich Geschwisterkind; Deucalion war der Sohn des Prometheus, des Bruders des Epimetheus, dessen Tochter Pyrrha war; daher im folgenden *patruelis origo*. — 41. *deinde* zweisilbig, wie oft. — 43. *turba*, 'das ganze Volk' — *possedit* von *possido* — 44. *adhuc non* = *nondum*. — *fiducia* (das Vertrauen erweckende) 'Unterpfand'. — 47. *animi* hängt ab von *quid*. — *quo consolante*, 'unter wessen Troste', vgl. *quo duce*. — 56. *numen* u. *sortes* (Orakelsprüche), vgl. 68 u. 69. — 58. *ut . . . sic* 'wiewol . . . doch' — *nota undis*. — 59. *libatos* = *haustos*, Reinigung oder Besprengung mit Wasser gieng den heil. Handlungen vorher.

- Mota dea est, sortemque dedit: 'Discedite templo,  
 70 Et velate caput, cinctasque resolvite vestes,  
 Ossaque post tergum magnae iactate parentis'.  
 Obstupuere diu, rumpitque silentia voce  
 Pyrrha prior, iussisque deae parere recusat.  
 Detque sibi veniam, pavido rogat ore, pavetque  
 75 Laedere iactatis maternas ossibus umbras.  
 Interea repetunt caecis obscura latebris  
 Verba datae sortis secum, inter seque volutant.  
 Inde Promethiades placidis Epimethida dictis  
 Mulcet et 'Aut fallax' ait, est sollertia nobis,  
 80 Aut pia sunt nullumque nefas oracula suadent.  
 Magna parens terra est, lapides in corpore terrae  
 Ossa reor dici, iacere hos post terga iubemur'.  
 Coniugis augurio quamquam Titania mota est,  
 Spes tamen in dubio est: adeo caelestibus ambo  
 85 Diffidunt monitis. Sed quid temptare nocebit?  
 Descendunt, velantque caput, tunicasque recingunt,  
 Et iussos lapides sua post vestigia mittunt.  
 Saxa — quis hoc credat, nisi sit pro teste vetustas? —  
 Ponere duritiem coepere suumque rigorem,  
 90 Mollisque mora, mollitaque ducere formam.  
 Mox ubi creverunt naturaque mitior illis  
 Contigit: ut quaedam, sic non manifesta videri  
 Forma potest hominis, sed uti de marmore coepto,  
 Non exacta satis, rudibusque simillima signis.  
 95 Quae tamen ex illis aliquo pars umida suco  
 Et terrena fuit, versa est in corporis usum;  
 Quod solidum est flectique nequit, mutatur in ossa;  
 Quae modo vena fuit, sub eodem nomine mansit;

76. *caecis* (passivisch) *verba* 'die in finsternes Dunkel gehüllten Worte'; die Wortfülle soll das Undurchdringliche des Orakelspruches malen. — 77. *secum* verb. mit *repetunt*. — 78. Die Patronymica sind in diesem Verse gewählt mit Anspielung auf die Bedeutung von Prometheus und Epimetheus (Vorbedacht und Nachbedacht). — 79. *nobis* = *mihi*. — 83. *augurio* 'Deutung' (des Orakels). — *Titania*, Prometheus und Epimetheus waren Söhne des Titanen Iapetus. — 90. *mora* (durch Verweilen) 'allmählich'. — 92. *ut . . . sic* wie 58 — *videri* wie 31. — *marmore* 'Marmorbild', vgl. 94 *signis*. — 96. *in corporis usum*, um als Fleisch zu dienen (*corporis* oppos. *ossa*).

- Inque brevi spatio superiorum numine saxa  
 100 Missa viri manibus faciem traxere virorum,  
 Et de femineo reparata est femina iactu.  
 Inde genus durum sumus experiensque laborum,  
 Et documenta damus, qua simus origine nati.

## 5. PHAETHON.

- Regia Solis erat sublimibus alta columnis,  
 Clara micante auro flammasque imitante pyropo,  
 Cuius ebur nitidum fastigia summa tegebat,  
 Argenti bifores radiabant lumine valvae.  
 5 Materiam superabat opus; nam Muleiber illic  
 Aequora caelarat medias cingentia terras  
 Terrarumque orbem caelumque, quod imminet orbi.  
 Caeruleos habet unda deos, Tritona canorum,  
 Proteaque ambiguum, balaenarumque prementem  
 10 Aegaeona suis immania terga lacertis,  
 Doridaque et natas, quarum pars nare videtur,  
 Pars in mole sedens virides siccare capillos,  
 Pisce vehi quaedam: facies non omnibus una,  
 Nec diversa tamén, qualem decet esse sororum.  
 15 Terra viros urbesque gerit silvasque ferasque  
 Fluminaque et Nymphas et cetera numina ruris.  
 Haec super imposita est caeli fulgentis imago,  
 Signaque sex foribus dextris totidemque sinistris.  
 Quo simul acclivo Clymeneia limite proles  
 20 Venit et intravit dubitati tecta parentis,  
 Protinus ad patrios sua fert vestigia vultus  
 Consistitque procul: neque enim propiora ferebat

5. 1. Phaëthon, der Sohn des Somengottes und der Okeanide Klymene, suchte, von einem Altersgenossen, der seine göttliche Abstammung bezweifelte, gekränkt, die Burg (*regia*) seines Vaters auf, um über seine Abstammung Gewissheit zu erlangen. — 5. *opus*, des Künstlers. — *illic*, d. i. *in valvis*. — 9. *ambiguum* wegen seiner Fähigkeit sich in verschiedene Gestalten zu verwandeln. — *premere* ‚sich festhalten‘. — 11. *videtur* wie 4, 31. — 17. *haec super* = *super haec*, solche Nachstellung der Praepositionen, besonders der zweisilbigen, ist oft bei Dichtern. — 18. *signa*, die Zeichen (Sternbilder) des Thierkreises. — 19. *quo* Adv. — *simul* = *simul ac*. — 22. *ferebat* ‚ertrug‘.

- Lumina. Purpurea velatus veste sedebat  
 In solio Phoebus claris lucente smaragdus.  
 25 A dextra laevaue Dies et Mensis et Annus  
 Saeculaque et positae spatiis aequalibus Horae,  
 Verque novum stabat cinctum florente corona,  
 Stabat nuda Aestas et spicea sarta gerebat,  
 Stabat et Autumnus, calcatis sordidus uvis,  
 30 Et glacialis Hiems, canos hirsuta capillos.  
 Inde loco medius rerum novitate paventem  
 Sol oculis iuvenem, quibus adspicit omnia, vidit,  
 ‚Quae‘ que ‚viae tibi causa? quid hac‘ ait ‚arce petisti,  
 Progenies, Phaëthon, haud infitianda parenti?‘  
 35 Ille refert: ‚O lux immensi publica mundi,  
 Phoebe pater, si das huius mihi nominis usum,  
 Pignera da, genitor, per quae tua vera propago  
 Credar, et hunc animis errorem detrahe nostris.‘  
 Dixerat. At genitor circum caput omne micantes  
 40 Deposuit radios, propiusque accedere iussit,  
 Amplexuque dato ‚Nec tu meus esse negari  
 Dignus es, et Clymene veros‘ ait ‚edidit ortus.  
 Quoque minus dubites, quodvis pete munus, ut illud  
 Me tribuente feras: promissis testis adesto  
 45 Dis iuranda palus, oculis incognita nostris.‘  
 Vix bene desierat, currus regat ille paternos  
 Inque diem alipedum ius et moderamen equorum.  
 Paenituit iurasse patrem: qui terque quaterque  
 Concutiens illustre caput, ‚Temeraria‘ dixit  
 50 ‚Vox mea facta tua est. Utinam promissa liceret  
 Non dare! confiteor, solum hoc tibi, nate, negarem.  
 Dissuadere licet. Non est tua tuta voluntas.  
 Magna petis, Phaëthon, et quae nec viribus istis

27. *novum*, jung'. — 29. *sordidus* ‚bespritzt‘. — 30. *capillos*, zum Acc. vgl. 3, 4. Anm. — 31. *inde* = *ex solio*. — *medius loco* (Abl. der Rücksicht) vgl. 2, 14. — 32. *omnia*, daher auch die Phaëthon widerfahrene Kränkung und den Grund seines Kommens. — 38. *animis*, ‚Gemüte‘. — 43. *quoque* = *et quo*. — 45. *iuranda palus* zum persönlichen Passiv vgl. 94; *palus* heisst der stygische Strom wegen seines trägen Laufes. — 46. *via bene* ‚kaum recht‘. — 47. *alipedum*, ‚schnellfüßig‘, denn die Sonnenrosse haben die Flügel nicht an den Füßen, sondern an den Schultern. — 50. *vox mea* vgl. 43 bis 45. — *tua* Abl. — 53. *istis* vgl. Gramm. 265.

- Munera conveniant nec tam puerilibus annis.  
 55 Sors tua mortalis: non est mortale, quod optas.  
 Plus etiam, quam quod superis contingere fas est,  
 Nescius adfectas. Placeat sibi quisque licebit;  
 Non tamen ignifero quisquam consistere in axe  
 Me valet excepto. Vasti quoque rector Olympi,  
 60 Qui fera terribili iaculatur fulmina dextra,  
 Non agat hos currus; et quid Iove maius habemus?  
 Ardua prima via est, et qua vix mane recentes  
 Enitantur equi: medio est altissima caelo,  
 Unde mare et terras ipsi mihi saepe videre  
 65 Fit timor et pavida trepidat formidine pectus.  
 Ultima prona via est et eget moderamine certo:  
 Tunc etiam, quae me subiectis excipit undis,  
 Ne ferar in praecipit, Tethys solet ipsa vereri. —  
 Forsitan et lucos illic urbesque deorum  
 70 Concipias animo delubraque ditia donis  
 Esse: per insidias iter est formasque ferarum.  
 Utque viam teneas nulloque errore traharis,  
 Per tamen adversi gradieris cornua Tauri  
 Haemoniosque arcus violentique ora Leonis  
 75 Saevaque circuitu curvantem brachia longo  
 Scorpion atque aliter curvantem brachia Cancrum.  
 Nec tibi quadrupedes animosos ignibus illis,  
 Quos in pectore habent, quos ore et naribus efflant,  
 In promptu regere est: vix me patiuntur, ubi acres  
 80 Incaluere animi, cervixque repugnat habenis.  
 At tu, funesti ne sim tibi muneris auctor,  
 Nate, cave, dum resque sinit, tua corrige vota.

57. *sibi placere* gute Meinung von sich haben; zu *licet* mit dem Conj. vgl. Gramm. § 329. — 59. *quoque*, steigernd = *etiam*. — 62. *prima* vgl. Gramm. § 254. — *recentes* ‚frisch‘ (an Kräften). — 67. u. 68. ordne: *etiam Tethys, quae* etc. — 70. *concupere animo* ‚sich vorstellen‘. — *ditia donis*, vgl. die Weihgeschenke in Delphi. — 71. *formas ferarum* ‚die Thiergestalten‘ des Thierkreises, wie sie gleich genannt werden; vgl. auch 178 ff. — 72. *ut concessiv.* — 74. *Haem. arcus*, das Sternbild des Bogenschützen, das als ein an den Himmel versetzter Centaur galt; die Centauren lebten in Thessalien (= *Haemonia*); vgl. *Fasti Chiron* 36. — 77. *quadrupedes*, die Rosse. — 82. *resque*: *que* verbindet *cave* mit *corrige*.

- Scilicet ut nostro genitum te sanguine credas,  
 Pignera certa petis: do pignera certa timendo,  
 85 Et patrio pater esse metu probor. Adspice vultus  
 Ecce meos; utinamque oculos in pectora posses  
 Inserere et patrias intus deprendere curas!  
 Denique quidquid habet dives, circumspecte, mundus,  
 Eque tot ac tantis caeli terraeque marisque  
 90 Posce bonis aliquid: nullam patiére repulsam.  
 Deprecor hoc unum, quod vero nomine poena,  
 Non honor est: poenam, Phaëthon, pro munere poseis!  
 Quid mea colla tenes blandis, ignare, lacertis?  
 Ne dubita; dabitur — Stygias iuravimus undas —  
 95 Quodcumque optaris; sed tu sapientius opta.  
 Finierat monitus; dictis tamen ille repugnat,  
 Propositumque premit flagratque cupidine currus.  
 Ergo, qua licuit, genitor cunctatus ad altos  
 Deducit iuvenem, Vulcania munera, currus.  
 100 Aureus axis erat, temo aureus, aurea summae  
 Curvatura rotae, radiorum argenteus ordo.  
 Per iuga chrysolithi positaeque ex ordine gemmae  
 Clara repercusso reddebant lumina Phoebō.  
 Dumque ea magnanimus Phaëthon miratur opusque  
 105 Perspicit, ecce vigil rutilo patefecit ab ortu  
 Purpureas Aurora fores et plena rosarum  
 Atria. Diffugiunt stellae, quarum agmina cogit  
 Lucifer et caeli statione novissimus exit.  
 Quem petere ut terras, mundumque rubescere vidit,  
 110 Cornuaque extremae velut evanescere Lunae,  
 Iungere equos Titan velocibus imperat Horis.  
 Iussa deae celeres peragunt, ignemque vomentes,

89. *eque*: *que* verbindet die Hauptverba *circumspecte* und *posce*. — 97. *prop. premit* ‚beharrt beim Vorsatz‘. — 98. *qua* ‚in wie weit‘. — 100. *summae* vgl. Gramm. § 254. — 101. *curvatura s. rotae* d. i. ‚die Felgen‘. — *radiorum* ‚Speichen‘. — 102. *iuga* ‚Joch‘, das Querholz vorn an der Deichsel. — *ex ordine* der Reihe nach, d. i. ‚ununterbrochen‘. — 103. *Phoebō* = *sole*. — 104. *opus* wie 37. — 107. *agmen cogere* (= *claudere*) ‚den Zug schliessen‘, milit. Ausdruck wie 108 *caeli statione* ‚Himmels-wache‘. — 108. *novissimus* ‚zuletzt‘. — 110. *extremae* (vgl. *summae* 100) *lunae* ‚des nur schwach mehr schimmernden Mondes‘. — 112. *celerēs*, praedicativ.

- Ambrosiae suco saturos, praesaepibus altis  
 Quadrupedes ducunt, adduntque sonantia frena.  
 115 Tum pater ora sui sacro medicamine nati  
 Contigit et rapidae fecit patientia flammae,  
 Imposuitque comae radios, praesagaque luctus  
 Pectore sollicito repetens suspiria dixit:  
 „Si potes his saltem monitis parere paternis,  
 120 Parce, puer, stimulis et fortius utere loris:  
 Sponte sua properant; labor est inhibere volentes.  
 Utque ferant aequos et caelum et terra calores,  
 Nec preme nec summum molire per aethera cursum.  
 Altius egressus caelestia tecta cremabis,  
 125 Inferius terras: medio tutissimus ibis.  
 Neu te dexterioꝛ tortum declinet ad Anguem,  
 Neve sinisterioꝛ pressam rota ducat ad Aram:  
 Inter utrumque tene. Fortunae cetera mando,  
 Quae invet et melius, quam tu tibi, consulat opto.  
 130 Dum loquor, Hesperio positas in litore metas  
 Umida nox tetigit; non est mora libera nobis:  
 Poscimur; effulget tenebris Aurora fugatis.  
 Corripe lora manu! — vel, si mutabile pectus  
 Est tibi, consiliis, non curribus utere nostris,  
 135 Dum potes et solidis etiamnunc sedibus adstas,  
 Dumque male optatos nondum premis inseci axes.  
 Quae tutus spectes, sine me dare lumina terris!  
 Occupat ille levem iuvenali corpore currum,  
 Statque super, manibusque datas contingere habenas  
 140 Gaudet, et invito grates agit inde parenti.  
 Interea volucres, Pyrois et Eous et Aethon,  
 Solis equi, quartusque Phlegon, hinnitibus auras  
 Flammiferis implent pedibusque repagula pulsant.  
 Quae postquam Tethys, fatorum ignara nepotis,

118. *repetens* ‚hervorholend‘. — 122. *ferant* ‚empfangen‘.  
 — 123. *premere* herabdrücken, d. i. senken. ebenso 127 von  
 einem tiefstehenden Gestirn. — 126. *dexterioꝛ rota*. — 128.  
*tene (cursum)* richte den Lauf ‚halt dich‘. — 129. *consulat opto*  
 Gramm. § 318, 3. — 130. *Hesperio* etc. auch die Nacht taucht,  
 nachdem sie ihr Ziel (*metas*) am westlichen Gestade erreicht hat,  
 unter. — 136. *axes* von einer Axe, denn der Sonnenwagen hatte  
 nur zwei Räder. — 137. *quae = ut ea*. — 144. *nepotis*: *Thetys*  
 war die Mutter der Klymene.

- 145 Reppulit et facta est immensi copia mundi,  
 Corripuere viam, pedibusque per aëra motis  
 Obstantes scindunt nebulas, pennisque levati  
 Praetereunt ortos isdem de partibus euros.  
 Sed leve pondus erat, nec quod cognoscere possent  
 150 Solis equi, solitaque iugum gravitate carebat.  
 Utque labant curvae iusto sine pondere naves  
 Perque mare instabiles nimia levitate feruntur,  
 Sic onere adsueto vacuus dat in aëra saltus  
 Succutiturque alte similisque est currus inani.  
 155 Quod simulac sensere, ruunt tritumque relinquunt  
 Quadriugi spatium, nec, quo prius, ordine currunt.  
 Ipse pavet, nec qua commissas flectat habenas,  
 Nec scit, qua sit iter, nec, si sciat, imperet illis.  
 Tum primum radiis gelidi caluere Triones,  
 160 Et vetito frustra temptarunt aequore tingi:  
 Quaeque polo posita est glaciali proxima Serpens,  
 Frigore pigra prius nec formidabilis ulli,  
 Incaluit sumpsitque novas fervoribus iras.  
 Te quoque turbatum memorant fugisse, Boote,  
 165 Quamvis tardus eras et te tua plaustra tenebant.  
 Ut vero summo despexit ab aethere terras  
 Infelix Phaëthon penitus penitusque iacentes,  
 Palluit et subito genua intremuere timore,  
 Suntque oculis tenebrae per tantum lumen obortae.  
 170 Et iam mallet equos numquam tetigisse paternos,  
 Iam cognosse genus piget et valuisse rogando,  
 Quid faciat? Multum caeli post terga relictum,  
 Ante oculos plus est: animo metitur utrumque,

145. *copia* (Gelegenheit) ‚freie Bahn‘. — 148. *isdem = isdem*.  
 — 149. *quod possent* Gram. § 334, 2 — 153. *dat saltus = saltus*.  
 — 159. *Triones*: der grosse und kleine Bär am Himmel, die das Bild  
 eines Wagens mit Rindergespann zeigen; dies Gestirn geht für uns  
 nie unter, d. h. taucht nach der Anschauung der Alten nie ins Meer;  
 die damalige Glut zwang aber jene dies zu versuchen (160). — 161.  
*Serpens = Anguis* 126. — 164. *Bootes*, der Rinderlenker am  
 Wagen (*plaustra = plastrum*) vgl. Anm. zu 159. — 165. *tardus*:  
 beim Untergange neigt sich das Gestirn ganz langsam und sinkt spät  
 in der Nacht unter. — 169. *per tantum lumen* (durch so  
 grosses Licht hindurch) ‚mitten in so viel Licht‘. — 171. *valere*  
*rogando* ‚mit einer Bitte durchdringen‘.

- Et modo, quos illi fatum contingere non est,  
 175 Prospicit occasus, interdum respicit ortus;  
 Quidque agat ignarus stupet, et nec frena remittit,  
 Nec retinere valet, nec nomina novit equorum.  
 Tum vero ut vario passim miracula caelo  
 Sparsa et vastarum vidit simulacra ferarum,  
 180 Mentis inops gelida formidine lora remisit;  
 Quae postquam summo tetigere cadentia tergo,  
 Exspatiantur equi, nulloque inhibente per auras  
 Ignotae regionis eunt, quaque impetus egit,  
 Hac sine lege ruunt, altoque sub aethere fixis  
 185 Incursant stellis, rapiuntque per avia currum,  
 Et modo summa petunt, modo per declive viasque  
 Praecipites spatio terrae propiore feruntur;  
 Inferiusque suis fraternos currere Luna  
 Admiratur equos, ambustaque nubila fumant.  
 190 Corripitur flammis, ut quaeque altissima, tellus,  
 Fissaque agit rimas et sucis aret adeptis.  
 Pabula canescunt, cum frondibus uritur arbor,  
 Materiamque suo praebet seges arida damno.  
 Parva queror: magnae pereunt cum moenibus urbes,  
 195 Cumque suis totas populis incendia terras  
 In cinerem vertunt. Silvae cum montibus ardent:  
 Nec prosunt Scythiae sua frigora: Caucasus ardet,  
 Ossaque cum Pindo maiorque ambobus Olympus,  
 Aëriaeque Alpes et nubifer Appenninus.  
 200 Tum vero Phaëthon cunctis e partibus orbem  
 Adspicit accensum, nec tantos sustinet aestus,  
 Ferventesque auras velut e fornace profunda  
 Ore trahit, currusque suos candescere sentit.  
 Et neque iam cineres eiectatamque favillam  
 205 Ferre potest, calidoque involvitur undique fumo;  
 Quoque eat, aut ubi sit, picea caligine tectus  
 Nescit, et arbitrio volucrum raptatur equorum.

176. *quidque* = *et quid*. — 178. *vario* ‚bunt besät. —  
 179. *ferarum* vgl. 71–76. — 184. *sine lege* (ohne bestimmte  
 Richtung) ‚regellos. — 187. *feruntur* vgl. 68. — 188. *suis*  
*equis*. — 191. *agere rimas*. ‚Risse bekommen. — 201. *aestus*  
 zum Plural vgl. Gramm. § 250, 3. — 204. *neque* correspondirt mit  
 dem *que* 205, vgl. *neque* . . . *et*.

- Sanguine tunc credunt in corpora summa vocato  
 Aethiopum populos nigrum traxisse colorem;  
 210 Tum facta est Libye raptis umoribus aestu  
 Arida; tum Nymphae passis fontesque lacusque  
 Deflevere comis: quaerit Boeotia Dircen,  
 Argos Amymōnen, Ephyre Pirenidas undas.  
 Nec sortita loco distantes flumina ripas  
 215 Tuta manent: mediis Tanais fumavit in undis,  
 Arsit et Euphrates Babylonius, arsit Orontes,  
 Quodque suo Tagus amne vehit, fluit ignibus aurum;  
 Nilus in extremum fugit perterritus orbem  
 Occulitque caput, quod adhuc latet; ostia septem  
 220 Pulverulenta vacant, septem sine flumine valles.  
 Fors eadem Ismarios Hebrum cum Strymone siccet  
 Hesperiosque amnes, Rhenum Rhodanumque Padumque,  
 Cuique fuit rerum promissa potentia, Thybrin.  
 Dissilit omne solum, penetratque in Tartara rimis  
 225 Lumen et infernum terret cum coniuge regem.  
 Et mare contrahitur, siccaeque est campus harenae,  
 Quod modo pontus erat; quosque altum texerat aequor,  
 Existunt montes et sparsas Cycladas augent.  
 Ima petunt pisces, nec se super aequora curvi  
 230 Tollere consuetas audent delphines in auras;  
 Corpora phocarum summo resupina profundo  
 Exanimata natant. Ipsum quoque Nerea fama est  
 Doridamque et natis tepidis latuisse sub antris.  
 Ter Neptunus aquis cum torvo bracchia vultu  
 235 Exserere ausus erat, ter non tulit aëris ignes.  
 Alma tamen Tellus, collo tenus arida vultus,  
 Opposuitque manum fronti, magnoque tremore  
 Omnia concutiens paulum subsedit et infra,  
 Quam solet esse, fuit, siccaeque ita voce locuta est:

208. *summa* wie 100. — 213. *Pirenides undae* =  
*Pirene*, sonst nie versiegende Quelle auf der Burg von Corinth  
 (Ephyre). — 217. *ignibus* vgl. 201 *aestus*. — 218. *orbis terrarum*.  
 — 221. *Ismarios amnes*. — 223. *rerum potentia* ‚die Welt-  
 herrschaft. — 226. *et* = *quoque*. — *campus est* hat zum Subj.  
 den folgenden Relativsatz. — 229. *curvi*, die Delphine ragen oft  
 bei ihren Sprüngen mit ihren gekrümmten Rücken aus der Meeres-  
 oberfläche hervor. — 231. *profundum* subst. — 239. *quam*, in  
*infra* liegt ein Comparativbegriff.

- 240 Si placet hoc, meruique, quid o tua fulmina cessant,  
Summe deum? Liceat periturae viribus ignis  
Igne perire tuo clademque auctore levare.  
Vix equidem fauces haec ipsa in verba resolvo, —  
Presserat ora vapor — ,tostos en adspice crines
- 245 Inque oculis tantum, tantum super ora favillae.  
Hosne mihi fructus, hunc fertilitatis honorem  
Officii que refers, quod adunci vulnere aratri  
Rastrorumque fero totoque exerceor anno,  
Quod pecori frondes alimenta que mitia, fruges,
- 250 Humano generi, vobis quoque tura ministro?  
Sed tamen exitium fac me meruisse: quid undae,  
Quid meruit frater? cur illi tradita sorte  
Aequora decrescunt et ab aethere longius absunt?  
Quod si nec fratris nec te mea gratia tangit,
- 255 At caeli miserere tui. Circumspice utrumque,  
Fumat uterque polus: quos si vitia verit ignis,  
Atria vestra ruent. Atlas en ipse laborat  
Vixque suis umeris candentem sustinet axem.  
Si freta, si terrae pereunt, si regia caeli.
- 260 In chaos antiquum confundimur. Eripe flammis,  
Si quid adhuc superest, et rerum consule summae.  
Dixerat haec Tellus; neque enim tolerare vaporem  
Ulterius potuit nec dicere plura, suumque  
Rettulit os in se propioraque manibus antra.
- 265 At pater omnipotens, superos testatus et ipsum,  
Qui dederat currus, nisi opem ferat, omnia fato  
Interitura gravi, summam petit arduus arcem,  
Unde solet latis nubes inducere terris,  
Unde movet tonitrus vibrataque fulmina iactat.

241. *deum* = *deorum*. — *periturae (mihi)* vgl. Gramm. § 370, 3. — 242. *igne tuo* d. i. *fulmine*. — *auctore Iove*; es ist ihr eine Schmach, durch die Unbesonnenheit eines Jünglings zu Grunde zu gehen. — 244. *premere* (zusammendrücken) ‚schliessen‘. — 251. *fac* vgl. Gramm. § 320. Anm. — *undae*, ergänze *meruerunt*. — 252. *sorte*: dem Neptun (*illi*) war bei der Dreitheilung der Welt die Herrschaft über das Meer durchs Loos zugefallen. — 254. *gratia*, ‚Freundschaft‘. — *fratris* Gen. obj., zu *mea* vgl. Gramm. § 213. Zus. 4. — 255. *utrumque polum*. — 261. *summa rerum* (der Inbegriff der Dinge) ‚Weltall‘. — 264. *in se* = *in terram*. — *manibus* von *manes*.

- 270 Sed neque, quas posset terris inducere, nubes  
Tunc habuit nec, quos caelo demitteret, imbres.  
Intonat, et dextra libratum fulmen ab aure  
Misit in aurigam, pariterque anima que rotisque  
Expulit, et saevos compescuit ignibus ignes.
- 275 Consternantur equi et saltu in contraria facto  
Colla iugo eripiunt, abruptaque lora relinquunt.  
Illic frena iacent, illic temone revulsus  
Axis, in hac radii fractarum parte rotarum,  
Sparsaque sunt late laceri vestigia currus.
- 280 At Phaëthon, rutilos flamma populante capillos,  
Volvitur in praeceps, longoque per aëra tractu  
Fertur, ut interdum de caelo stella sereno,  
Etsi non cecidit, potuit cecidisse videri.  
Quem procul a patria diverso maximus orbe
- 285 Excipit Eridanus, fumantia que abluit ora.  
Naiades Hesperiae trifida fumantia flamma  
Corpora dant tumulo, signant quoque carmine saxum:  
Hic situs est Phaëthon, currus auriga paterni:  
Quem si non tenuit, magnis tamen excedit ausis.
- 290 Nam pater obduetos, luctu miserabilis aegro,  
Condiderat vultus; et, si modo credimus, unum  
Isse diem sine sole ferunt; incendia lumen  
Praebabant, aliquisque malo fuit usus in illo.

## 6. BATTUS.

Tempus erat, quo umeros Phoebi pastoria pellis  
Texit, onusque fuit baculum silvestre sinistrae,  
Alterius dispar septenis fistula cannis;

280. *rutilos* (wol in Folge des Feuers) ‚flamend‘. — 284 *diverso* (entgegengesetzt) *orbe*, im Occident. — 287. *corpora* der Plural statt des Sing., so häufig bei Wörtern, die Körper oder Körpertheile bezeichnen. — *carmen* ‚Aufschrift‘ (in gebundener Rede). — 290. *nam* etc. fügt nachträglich den Grund bei, weshalb nur die Naiaden die Leiche beerdigten.

6. 3. *alterius manus onus*. — *dispar*, ungleich an Länge, denn die Hirtenpfeife bestand aus 7 Röhren, von denen eine immer kleiner war als die nächstfolgende. — *septenis* statt *septem*. —

- Dumque amor est curae, ac lugentem fistula muleet,  
 5 Incustoditae Pylios memorantur in agros  
 Processisse boves. Videt has Atlantide Maia  
 Natus, et arte sua silvis occultat abactas.  
 Senserat hoc furtum nemo, nisi notus in illo  
 Rure senex: Battum vicinia tota vocabat.  
 10 Divitis hic saltus herbosaque pascua Nelei  
 Nobiliumque greges custos servabat equarum.  
 Hunc timuit, blandaque manu seduxit, et illi  
 'Quisquis es, hospes', ait, si forte armenta requiret  
 Haec aliquis, vidisse nega; neu gratia facto  
 15 Nulla rependatur, nitidam cape praemia vaccam',  
 Et dedit. Accepta voces has reddidit hospes:  
 'Tutus eas: lapis iste prius tua furta loquetur',  
 Et lapidem ostendit. Simulat Iove natus abire,  
 Mox redit et, versa pariter cum voce figura,  
 20 'Rustice, vidisti si quas hoc limite dixit  
 Ire boves, fer opem, furtoque silentia deme.  
 Iuncta suo pretium dabitur tibi femina tauro'.  
 At senior, postquam merces geminata, Sub illis  
 Montibus inquit, erunt: et erant sub montibus illis.  
 25 Risit Atlantiades et 'Me mihi, perfide, prodis?  
 Me mihi prodis?' ait periuraque pectora vertit  
 In durum silicem, qui nunc quoque dicitur index:  
 Inque nihil merito vetus est infamia saxo.

### 7. CADMUS UND DIE GRÜNDUNG THEBENS.

Iamque deus, posita fallacis imagine tauri,  
 Se confessus erat, Dictaeque rura tenebat:

4. *curae* 'Kummer'; er hatte die Geliebte im Jähzorn getödtet. — 7. *A. natus*, Mercurius, der Sohn Jupiters und der Maia, einer Tochter des Atlas. — 10. *Nelei*, zweisilbig, vgl. Gramm. S. 258 Synizese. — 14. *facto*, die That des Schweigens. — 16. *accepta vacca*. — 23. *senior*, der Greis'.

7. 1. Nachdem Jupiter (*deus I*) in Stiergestalt die Europa, die Tochter des phöniciſchen Königs Agenor nach Kreta (*Dictaea rura*) entführt hatte, befiehlt der Vater ſeinem Sohne Kadmus die Schwester aufzusuchen und ohne ſie nicht heimzukehren. — *iamque*: que verbindet die folgende Erzählung mit einer hier nicht aufgenommenen. — 2. *confessus* erg. *Europae raptae se esse Iovem*.

- Cum pater ignarus Cadmo perquirere raptam  
 Imperat, et poenam, si non invenerit, addit  
 5 Exsilium, facto pius et sceleratus eodem.  
 Orbe pererrato — quis enim deprendere possit  
 Furta Iovis? — profugus patriamque iramque parentis  
 Vitat Agenorides, Phoebique oracula supplex  
 Consultit et, quae sit tellus habitanda, requirit.  
 10 'Bos tibi' Phoebus ait, solis occurret in arvis,  
 Nullum passa iugum, curvique immunis aratri.  
 Hac duce carpe vias et, qua requieverit herba,  
 Moenia fac condas, Boeotiaque illa vocato'.  
 Vix bene Castalio Cadmus descenderat antro,  
 15 Incustoditam lente videt ire iuvencam,  
 Nullum servitii signum cervice gerentem.  
 Subsequitur, pressoque legit vestigia gressu,  
 Auctoremque viae Phoebum taciturnus adorat  
 Iam vada Cephisi, Panopesque evaserat arva:  
 20 Bos stetit et, tollens speciosam cornibus altis  
 Ad caelum frontem, mugitibus impulit auras.  
 Atque ita, respiciens comites sua terga sequentes,  
 Procubuit teneraque latus submisit in herba.  
 Cadmus agit grates, peregrinaeque oscula terrae  
 25 Figit, et ignotos montes agrosque salutat.  
 Sacra Iovi facturus erat: iubet ire ministros  
 Et petere e vivis libandas fontibus undas.  
 Silva vetus stabat, nulla violata securi,  
 Et specus in medio, virgis ac vimine densus,  
 30 Efficiens humilem lapidum compagibus arcum,  
 Uberibus fecundus aquis, ubi conditus antro  
 Martius anguis erat, cristis praesignis et auro:  
 Igne micant oculi, corpus tumet omne veneno,  
 Tresque vibrant linguae, triplici stant ordine dentes.

3. *pater i. e. Agenor*. — *ignarus filiam a Iove raptam esse*. — 8. *oracula* zu Delphi. — 10. *solis* 'einsam'. — 14. *vix bene* 'kaum recht'. — *antrum Cast.* d. i. die Orakelhöhle am Parnas, von dem die Musenquelle Kastalia herabkommt. — 17. *premere* 'anhalten'. — 19. *Panope*, Stadt in Phocis. — 32. *Martius*, der Drache soll den Mars zum Vater gehabt haben. — 32. *cristis et auro* = *cristis aureis*. (*Er dûc de voir*.)



- 35 Quem postquam Tyria lucum de gente profecti  
Infausto tetigere gradu, demissaque in undas  
Urna dedit sonitum, longo caput extulit antro  
Caeruleus serpens, horrendaque sibila misit.  
Effluxere urnae manibus, sanguisque relinquit  
40 Corpus, et attonitos subitus tremor occupat artus.  
Ille volubilibus squamesos nexibus orbes  
Torquet, et immensos saltu sinuatur in arcus,  
Ac media plus parte leves erectus in auras  
Despicit omne nemus, tantoque est corpore, quanto,  
45 Si totum spectes, geminas qui separat Arctos.  
Nec mora, Phoenicas, sive illi tela parabant,  
Sive fugam, sive ipse timor prohibebat utrumque,  
Occupat: hos morsu, longis amplexibus illos,  
Hos necat adflati funesta tabe veneni.  
50 Feceerat exiguas iam sol altissimus umbras;  
Quae mora sit sociis, miratur Agenore natus,  
Vestigatque viros. Tegumen derepta leoni  
Pellis erat, telum splendenti lancea ferro  
Et iaculum, teloque animus praestantior omni.  
55 Ut nemus intravit, letataque corpora vidit,  
Victoremque supra spatiosi corporis hostem  
Tristia sanguinea lambentem vulnera lingua,  
Aut ultor vestrae, fidissima corpora, mortis,  
Aut comes inquit, ero. Dixit, dextraque molarem  
60 Sustulit et magnum magno conamine misit.  
Illius impulsu cum turribus ardua celsis  
Moenia mota forent: serpens sine vulnere mansit,  
Loricæque modo squamis defensus et atrae  
Duritiae pellis, validos cute reppulit ictus.  
65 At non duritia iaculum quoque vicit eadem,  
Quod medio lentæ spinæ curvamine fixum  
Constitit, et totum descendit in illa ferrum.  
Ille, dolore ferox, caput in sua terga retorsit,  
Vulneraque adspexit, fixumque hostile momordit.  
70 Idque ubi vi multa partem labefecit in omnem,

43. *media* etc. *plus quam media parte*. — 44. *quanto* etc. *quanto (corpore) est anguis* (das Sternbild zwischen dem grossen und kleinen Bären), *qui separat Arctos, si totum spectes*. — 63. *loricæ* hängt von *modo* ab. — 66. *lentæ* ‚biegsam‘.

- Vix tergo eripuit; ferrum tamen ossibus haesit.  
Tum vero postquam solitas accessit ad iras  
Causa recens, plenis tumuerunt guttura venis,  
Spumaque pestiferos circumfluit albida rictus,  
75 Terraque rasa sonat squamis, quique halitus exit  
Ore niger Stygio, vitiatas inficit auras.  
Ipse modo immensum spiris facientibus orbem  
Cingitur, interdum longa trabe rectior exstat,  
Impete nunc vasto, ceu concitus imbribus amnis,  
80 Fertur et obstantes proturbat pectore silvas.  
Cedit Agenorides paulum, spolioque leonis  
Sustinet incursum, instantiaque ora retardat  
Cuspide praetenta. Furit ille, et inania duro  
Vulnera dat ferro, figitque in acumine dentes.  
85 Iamque venenifero sanguis manare palato  
Cooperat et virides adspergine tinxerat herbas:  
Sed leve vulnus erat, quia se retrahebat ab ictu  
Laesaque colla dabat retro plagamque sedere  
Cedendo arcebat, nec longius ire sinebat,  
90 Donec Agenorides coniectum in gutture ferrum  
Usque sequens pressit, dum retro quereus eunti  
Obstitit, et fixa est pariter cum robore cervix.  
Pondere serpentis curvata est arbor, et imae  
Parte flagellari gemuit sua robora caudae.  
95 Dum spatium victor victi considerat hostis,  
Vox subito audita est: neque erat cognoscere promptum,  
Unde; sed audita est, Quid, Agenore nate, peremptum  
Serpentem spectas? et tu spectabere serpens?  
Ille diu pavidus pariter cum mente colorem

71. *vix*, ‚mit Mühe‘. — 75. *quique halitus* etc. verb. *halitusque niger qui* (= *qualis*) *exit*. — 76. *Stygio ore*, der Fluss und der Schlund (*ore*) der Unterwelt waren verderbenhauchend. — *vitiatas* proleptisch, so dass sie verpestet werden. — 78. *cingitur* ‚ringelt sich‘. — 79. *impete*, altertümlicher Abl. = *impetu*. — 80. *fertur*, ‚sich stürzt‘. — 85. *palato*, Abl. wie 14. — 87. *ab ictu* ‚vor dem Stosse‘. — 88. *dabat retro*, syn. *retrahebat*. — 89. *longius ire*, syn. *sedere, altius penetrare*. — 91. *pressit* ‚einbohrte‘ — *retro eunti serpenti*. — 92. *robore* und 94. *robora* ‚der Stamm‘ der Eiche. Man hat sich den Drachen hoch an den Stamm geheftet und mit dem Schwanzende (*parte imae caudae*) diesen peitschend zu denken. — 98. *ictu* etc. Cadmus wurde später in eine Schlange verwandelt, vgl. Nr. 10.

- 100 Perdiderat, gelidoque comae terrore rigebant.  
Ecce, viri fautrix, superas delapsa per auras  
Pallas adest, motaeque iubet supponere terrae  
Vipereos dentes, populi incrementa futuri.  
Paret et, ut presso sulcum patefecit aratro,
- 105 Spargit humi iussos, mortalia semina, dentes.  
Inde — fide maius — glabrae coepere moveri,  
Primaque de sulcis acies apparuit hastae,  
Tegmina mox capitum picto nutantia cono,  
Mox umeri pectusque onerataque bracchia telis
- 110 Existunt, crescitque seges clipeata virorum.  
Sic, ubi tolluntur festis aulaeae theatri,  
Surgere signa solent, primumque ostendere vultus,  
Cetera paulatim, placidoque educta tenore  
Tota patent, imoque pedes in margine ponunt.
- 115 Territus hoste novo Cadmus capere arma parabat:  
'Ne cape' de populo, quem terra creaverat, unus  
Exclamat, nec te civilibus insere bellis'.  
Atque ita terrigenis rigido de fratribus unum  
Comminus ense ferit; iaculo cadit eminus ipse.
- 120 Hunc quoque qui leto dederat, non longius illo  
Vivit, et exspirat, modo quas acceperat, auras.  
Exemploque pari furit omnis turba, suoque  
Marte cadunt subiti per mutua vulnera fratres.  
Iamque brevis vitae spatium sortita iuventus
- 125 Sanguineo tepidam plangebatur pectore matrem.  
Quinque superstitibus: quorum fuit unus Echion.  
Is sua iecit humo monitu Tritonidis arma,  
Fraternaque fidem pacis petiitque deditque.  
Hos operis comites habuit Sidonius hospes.
- 130 Cum posuit iussam Phoebeis sortibus urbem.

102. *motae*, 'umgepflegt'. — 104. *presso in terram*. —  
105. *mortalia semina* 'Menschensaat'. — 106. *fide*, Abl. comp.  
108. *conus*, eigentlich die kugelförmige Helmspitze, worin der gefärbte  
(*picto*) Helmbusch stak. — 111. ff. der Vorhang (*aulaeae*), bei den  
Alten unten befestigt, liess, wenn er beim Schluss der Vorstellung  
in die Höhe gezogen wurde (*tolluntur*), die darauf dargestellten Bilder  
(*signa*) zuerst mit dem Kopfe sichtbar werden. — 113. *placido*  
*tenore* 'in langsamer Folge'. — 114. *marginē aulaeorum*. —  
123. *suo Marte* = *sua ipsorum pugna*. — 125. *matrem, terram*.  
— 127. *humo* = *humi*. — 128. *fidem* 'Versprechen'.

## S. PENTHEUS.

- Liber adest, festisque fremunt ululatibus agri:  
Turba ruit, mixtaeque viris matresque nurusque  
Vulgusque proceresque ignota ad sacra feruntur.  
'Quis furor, anguigenae, proles Mavortia, vestras  
5 Attonuit mentes?' Pentheus ait, 'aerane tantum  
Aere repulsa valent et adunco tibia cornu  
Et magicae fraudes, ut, quos non bellicus ensis,  
Non tuba terruerit, non strictis agmina telis,  
Femineae voces et mota insania vino
- 10 Obscenique greges et inania tympana vincant?  
Vosne, senes, mirer, qui longa per aequora vecti  
Hac Tyron, hac profugos posuistis sede Penates,  
Nunc sinitis sine Marte capi? vosne, acrior aetas,  
O iuvenes, propiorque meae, quos arma tenere,
- 15 Non thyrsos, galeaque tegi, non fronde, decebat?  
Este, precor, memores, qua sitis stirpe creati,  
Illiusque animos, qui multos perdidit unus,  
Sumite serpentis! Pro fontibus ille lacuque  
Interiit: at vos pro fama vincite vestra!
- 20 Ille dedit leto fortes, vos pellite molles.  
Et patrium retinete decus. Si fata vetabant  
Stare diu Thebas, utinam tormenta virique

8. Pentheus, König von Theben, der Sohn des Echion und der  
Agave, der Tochter des Cadmus, widersetzt sich, weil er die Gottheit  
des Bacchus (Liber) leugnet, der Verehrung desselben seitens der  
Thebaner, die sich gleich bei seiner Ankunft im thebanischen Gebiete  
dem Bacchantenzuge angeschlossen hatten. — 2. *nurusque* =  
junge Frauen. — 3. *sacra Bacchiä*. — 4. *anguigenae*: weil die  
Thebaner theils aus der Saat der Zähne des Drachen, eines Sohnes  
des Mars, entstanden, vgl. 7, 105 ff. — 5. *aera*, eiserne Becken, die  
die Bacchanten gegeneinander schlugen. — 6. *tibia*, phrygi-  
sche Schalmei mit einem gebogenen hornähnlichen Ende. — 7.  
*magicae fraudes*, Zauberei, wofür er die Begeisterung des  
Gottes hält. — 10 *obsceñi*, 'unzüchtige' (mit Bezug auf die Aus-  
gelassenheit bei den Bacchusfesten). — 11. *vosne: ne...ne* (13) =  
*utrum...an*. — 12. *Tyron*, ein neues Tyros cf. *Virg. Aen. I. 58.*  
*Ilum in Italiam portans victosque penates*. — 13. *Marte* = *pugna*.  
— 14. *meae sc. aetati*. — 15. *fronde*, Laub von Epheu oder  
Reben. — *decebat* vgl. Gramm. § 306, 1. — 18. *serpentis* vgl.  
Nr. 7, 35 ff.

- Moenia diruerent, ferrumque ignisque sonarent!  
 Essemus miseri sine crimine: sorsque querenda,  
 25 Non celanda foret, lacrimaeque pudore carerent.  
 At nunc a puero Thebae capientur inermi,  
 Quem neque bella iuvant nec tela nec usus equorum,  
 Sed madidi murra crines mollesque coronae  
 Purpuraque et pictis intextum vestibibus aurum.  
 30 Quem quidem ego actutum — modo vos absistite — cogam  
 Adsumptumque patrem commentaque sacra fateri.  
 An satis Acrisio est animi, contemnere vanum  
 Numen et Argolicas venienti claudere portas;  
 Penthea terrebit cum totis advena Thebis?  
 35 Ite citi, famulis hoc imperat, ite, ducemque  
 Attrahite huc vinctum! iussis mora segnis abesto.  
 Hunc avus, hunc Athamas, hunc cetera turba suorum  
 Corripiunt dictis, frustra que inhibere laborant.  
 Acrior admonitu est, irritaturque retenta  
 40 Et crescit rabies: remoraminae ipsa nocebant.  
 Sic ego torrentem, qua nil obstabat eunti,  
 Lenius et modico strepitu decurrere vidi:  
 At quacumque trabes obstructaque saxa tenebant,  
 Spumeus et fervens et ab obice saevior ibat.  
 45 Ecce cruentati redeunt et, Bacchus ubi esset,  
 Quaerenti domino Bacchum vidisse negarunt;  
 'Hunc' dixere tamen comitem famulumque sacrorum  
 Cepimus: et tradunt manibus post terga ligatis.  
 Adspicit hunc Pentheus oculis, quos ira tremendos  
 50 Fecerat; et, quamquam poenae vix tempora differt,  
 'O periture tuaeque aliis documenta dature  
 Morte', ait, ede tuum nomen nomenque parentum  
 Et patriam, morisque novi cur sacra frequentes'.  
 Ille metu vacuus 'Nomen mihi' dixit 'Aeetes,  
 55 Patria Maeonia, est humili de plebe parentes.

24. *crimine* Vorwurf. — 26. *puero*, Baccho. — 31. *adsumptumque*, 'angemassten': er leugnet, dass Juppiter der Vater des Bacchus. — 32. *Acrisius*, König von Argos, gleichfalls Verächter des Gottes. — 37. *avus*, Cadmus. — *Athamas*, Oheim des Pentheus. — 38. *corripiunt*, 'schelten'. — 44. *ab* in Folge. *obice* spr. *objice*. — 45. *cruentati*, durch den Kampf mit den Bacchanten. — 51. *periture* vgl. Gramm. § 370, 3.

- Non mihi quae duri colerent pater arva iuveni  
 Lanigerosve greges, non ulla armenta reliquit.  
 Pauper et ipse fuit, linoque solebat et hamis  
 Decipere et calamo salientes ducere pisces.  
 60 Ars illi sua census erat. Cum traderet artem,  
 'Accipe, quas habeo, studii successor et heres,'  
 Dixit, 'opes; moriensque mihi nil ille reliquit  
 Praeter aquas: unum hoc possum appellare paternum.  
 Mox ego, ne scopulis haerem semper in isdem,  
 65 Addidici regimen dextra moderante carinae  
 Flectere, et Oleniae sidus pluviale capellae  
 Taygetenque Hyadasque oculis Aretonque notavi,  
 Ventorumque domos et portus puppibus aptos.  
 Forte petens Delon Ciae telluris ad oras  
 70 Applicor, et dextris adducor litora remis,  
 Doque leves saltus udaeque immittor harenae.  
 Nox ubi consumpta est, — Aurora rubescere primo  
 Coeperat — exsurgo, laticesque inferre recentes  
 Admoneo monstroque viam, quae ducat ad undas.  
 75 Ipse quid aura mihi tumulo promittat ab alto  
 Prospicio, comitesque voco, repetoque carinam.  
 'Adsumus en!' inquit sociorum primus Opheltes,  
 Utque putat, praedam deserto nactus in agro,  
 Virginea puerum ducit per litora forma.  
 80 Ille, merò somnoque gravis, titubare videtur,  
 Vixque sequi. Specto cultum faciemque gradumque:  
 Nil ibi, quod credi posset mortale, videbam.  
 Et sensi et dixi sociis: 'Quod numen in isto

56. *non mihi* etc. constr. *mihi pater non reliquit arva, quae* etc. — 59. *salientes* 'zappelnd.'. — *ducere*, aus dem Meere. — 60. *census* 'Vermögen'. — 64. *isdem* = *iisdem*. — 65. *regimen carinae* i. e. *gubernaculum*. — *Oleniae s. capellae*: das Sternbild der Ziege Amalthea, die den Zeus bei Olenos in Achaia säugte. — 68. *domos*, die Gegenden, aus denen die Winde wehen. — 69. *Ciae telluris* = *Cei insulae*. — 70. *litora*, die Dichter gestatten sich den blossen Acc. auf die Frage wohin? bei allen Ortsbezeichnungen. — 71. *do saltus* = *salio*. — 70. *remis dextris*, durch Rudern nach rechts. — 74. *ad undas* i. e. *ad fontem dulcis aquae*. — 75. verbinde *ipse tumulo ab alto prospicio*. — 78. *utque* etc. verb. *praedamque, ut putat, nactus* etc.; *praedam*: die ältesten Meerfahrer waren Seeräuber und trieben auch Menschenhandel.

- Corpore sit, dubito: sed corpore numen in isto est.  
 85 Quisquis es, o faveas, nostrisque laboribus adsis:  
 His quoque des veniam.' Pro nobis mitte precari,  
 Dictys ait, quo non alius conscendere summas  
 Ocior antemnas, prensoque rudente relabi.  
 Hoc Libys, hoc flavus, prorae tutela, Melanthus,  
 90 Hoc probat Alcimedon, et qui requiemque modumque  
 Voce dabat remis, animorum hortator Epopeus,  
 Hoc omnes alii: praedae tam caeca cupido est.  
 Non tamen hanc sacro violari pondere pinum  
 Perpetiar' dixi; pars hic mihi maxima iuris.'  
 95 Inque aditu obsisto. Furit audacissimus omni  
 De numero Lycabas, qui Tusca pulsus ab urbe  
 Exsiliium dira poenam pro caede luebat.  
 Is mihi, dum resto, iuvenili guttura pugno  
 Rupit, et excussum misisset in aequora, si non  
 100 Haesisset, quamvis amens, in fune retentus.  
 Impia turba probat factum. Tum denique Bacchus, —  
 Bacchus enim fuerat — veluti clamore solutus  
 Sit sopor, aque mero redeant in pectora sensus,  
 'Quid facitis? quis clamor?' ait, 'qua, dicite, nautae,  
 105 Huc ope perveni? quo me deferre paratis?'  
 'Pone metum,' Proreus, et quos contingere portus  
 Ede velis,' dixit: terra sistere petita.  
 'Naxon' ait Liber, cursus advertite vestros.  
 Illa mihi domus est; vobis erit hospita tellus.'  
 110 Per mare fallaces perque omnia numina iurant  
 Sic fore, meque iubent pictae dare vela carinae.  
 Dextra Naxos erat; dextra mihi lintea danti  
 'Quid facis, o demens? quis te furor' inquit Opheltis  
 Persequitur? retine!' 'Laevam pete,' maxima nutu

86. *his*, den Schiffsgenossen, dafür dass sie dich rauben wollten.  
 — *mitte* = *omitte*. — 87. *quo* Abl. compar. — 90. *requiemque modumque*: einer gab den Ruderern mit der Stimme (Gesang) oder mit einem Hammer den Tact (*modum*) und die Pausen (*requiem*) an.  
 — 93. *pinus* = *navis*. — *violare* 'beflecken'. — 94. *iuris*, Befehlshaberrecht. — 98. *guttura rupit* 'würgte mich'. — 104. *qua* (= *cuius*) verb. mit *ope*. — 107. *sistere* = *exponeris*. — 108. *Naxos*, eine weinreiche Insel mit Bacchuscult. — 114. *laevam*, denn dort lag ihre Heimat Maeonien.

- 115 Pars mihi significat, pars, quid velit, ore susurrat.  
 Obstipui, 'Capiat' que aliquis moderamina' dixi,  
 Meque ministerio scelerisque artisque removi.  
 Incepor a cunctis, totumque immurmurat agmen.  
 E quibus Aethalion 'Te scilicet omnis in uno  
 120 Nostra salus posita est!' ait, et subit ipse meumque  
 Explet opus; Naxoque petit diversa relicta.  
 Tum deus illudens, tamquam modo denique fraudem  
 Senserit, e puppi pontum prospectat adunca  
 Et flenti similis, 'Non haec mihi litora, nautae,  
 125 Promisistis' ait, non haec mihi terra rogata est.  
 Quo merui poenam facto? quae gloria vestra est,  
 Si puerum iuvenes, si multi fallitis unum?'  
 Iamdudum flebam: lacrimas manus impia nostras  
 Ridet, et impellit properantibus aequora remis.  
 130 Per tibi nunc ipsum — nec enim praesentior illo  
 Est deus — adiuro, tam me tibi vera referre,  
 Quam veri maiora fide: stetit aequore puppis  
 Haud aliter, quam si siccam navale teneret.  
 Illi admirantes remorum in verbere perstant,  
 135 Velaque deducunt, geminaque ope currere temptant  
 Impediunt hederæ remos, nexuque recurvo  
 Serpunt et gravidis distinguunt vela corymbis.  
 Ipse, racemiferis frontem circumdatus uvis,  
 Pampineis agitat velatam frondibus hastam;  
 140 Quem circa tigres simulacraque inania lyncum  
 Pictarumque iacent fera corpora pantherarum.  
 Exsiluere viri, sive hoc insania fecit,  
 Sive timor; primusque Medon nigrescere coepit

116. *aliquis*, irgendeiner, wer es immer sei. — 117. *artis i. e. gubernandi*. — 121. *diversa*, entgegengesetzte Richtung. — *Naxo (relicta)* d. i. die Richtung nach Naxos. — 130. *praesentior*: doppelsinnig, denn Bacchus selber ist gegenwärtig in der Gestalt des Acoetes und erweist sich so als der rasch wirkende. — 132. *veri fide* = *quam ut vera habeantur*. — 135. *deducunt*: die Segel waren also früher zusammengerollt. — *gemina ope et remorum et velorum*. — 137. *corymbis*, den Blütendolden des Epheu. — *hasta*, Thyrsusstab. — 140. *quem circa* = *circa quem*. — *simulacra inania* 'Trugbilder', bezieht sich auch auf *tigres*; die genannten Thiere sind dem Bacchus heilig und ziehen seinen Wagen. — 141. *pictarum* = *maculosarum*.

- Corpore, et expresso spinae curvamine flecti.  
 145 Incipit huic Lycabas: ‚In quae miracula’ dixit  
 ‚Verteris?’ et lati rictus et panda loquenti  
 Naris erat, squamamque cutis durata trahebat.  
 At Libys, obstantes dum vult obvertere remos,  
 In spatium resilire manus breve vidit, et illas  
 150 Iam non esse manus, iam pinnas posse vocari.  
 Alter, ad intortos cupiens dare bracchia funes,  
 Bracchia non habuit, truncoque repandus in undas  
 Corpore desiliit; falcata novissima cauda est,  
 Qualia dimidia sinuantur cornua lunae.  
 155 Undique dant saltus, multaue aspergine rorant,  
 Emerguntque iterum, redeuntque sub aequora rursus,  
 Inque chori ludunt speciem, lascivaque iactant  
 Corpora, et acceptum patulis mare naribus efflant.  
 De modo viginti — tot enim ratis illa ferebat —  
 160 Restabam solus. Pavidum gelidumque trementi  
 Corpore, vixque meum firmat deus ‚Execute’ dicens  
 ‚Corde metum, Diamque tene.’ Delatus in illam  
 Accessi sacris, Baccheaque sacra frequento.  
 ‚Praebuimus longis’ Pentheus ‚ambagibus aures’  
 165 Inquit ‚ut ira mora vires absumere posset.  
 Praecipitem famuli rapite hunc, cruciataque diris  
 Corpora tormentis Stygiae demittite nocti!’  
 Protinus abstractus solidis Tyrrhenus Acoetes  
 Clauditur in tectis: et dum crudelia iussae  
 170 Instrumenta necis, ferrumque ignesque parantur,  
 Sponte sua patuisse fores, lapsasque lacertis  
 Sponte sua fama est nullo solvente catenas.

144. *expresso* in ursprünglicher Bedeutung; damit der Menschenkörper Delphingestalt annehme, muss das Rückgrat oder die Wölbung desselben herausgedrückt werden. — 147. *squamam*, der Delphin hat keine Schuppen. — 148. *obvertere vult*: er will die Ruder in der entgegengesetzten Richtung in Bewegung setzen, aber sie widerstehen (*obstantes*) wie das Schiff. — 153. *novissima*, vgl. Gramm. § 254. — *dant saltus*, vgl. 71. — 161. *meum*, ‚mir gehörig’, ‚meiner mächtig’. — 162. *Diamque tene*, ‚steuere nach Dia’, eigentl.: ‚Halte auf Dia’ (alter Name für Naxos). — 167. *corpora*, vgl. Nr. 5, 287. — 168. Ovid lässt nach einer alten Sage die Tyrrhener (= Etrusker) aus Lydien (= Maonien) nach Etrurien ausgewandert sein, vgl. 55 u. 96.

- Perstat Echionides: nec iam iubet ire, sed ipse  
 Vadit, ubi electus facienda ad sacra Cithaeron  
 175 Cantibus et clara bacchantum voce sonabat.  
 Ut fremit acer equus, cum bellicus aere canoro  
 Signa dedit tubicen, pugnaeque assumit amorem,  
 Penthea sic ictus longis ululatibus aether  
 Movit, et audito clamore recanduit ira.  
 180 Monte fere medio est, cingentibus ultima silvis,  
 Purus ab arboribus, spectabilis undique campus.  
 Hic oculis illum cernentem sacra profanis  
 Prima videt, prima est insano concita cursu,  
 Prima suum misso violavit Penthea thyrsos  
 185 Mater. ‚Io, geminae’ clamavit ‚adeste sorores!  
 Ille aper, in nostris errat qui maximus agris,  
 Ille mihi ferendus aper.’ Ruit omnis in unum  
 Turba furens: cunctae coeunt, trepidumque sequuntur,  
 Iam trepidum, iam verba minus violenta loquentem,  
 190 Iam se damnantem, iam se peccasse fatentem.  
 Saucius ille tamen ‚Fer opem, matertera’ dixit  
 ‚Autonoë! moveant animos Actaeonis umbrae.’  
 Illa, quis Actaeon, nescit, dextramque precantis  
 Abstulit; Ino lacerata est altera raptu.  
 195 Non habet infelix, quae matri bracchia tendat;  
 Trunca sed ostendens disiectis vulnera membris,  
 ‚Aspice, mater!’ ait. Visis ululavit Agaue,  
 Collaque iactavit, movitque per aëra crinem;  
 Avulsumque caput digitis complexa cruentis  
 200 Clamat ‚Io comites, opus haec victoria nostrum est!  
 Non citius frondes autumnis frigore tactas  
 Iamque male haerentes alta rapit arbore ventus,  
 Quam sunt membra viri manibus direpta nefandis  
 Taliibus exemplis monitae nova sacra frequentant,  
 205 Turaque dant sanctasque colunt Ismenides aras.

180. *ultima campi*, ‚die Ränder’. — 185. *mater* Agave. — *sorores*: Ino und Autonoë. — 191. *matertera* i. e. Ino. — 192. *Actaeonis*: auch ihr Sohn Actäon war auf ähnliche Weise zerrissen worden; die Erinnerung daran soll ihr Mitleid erregen (*moveant animos*). — 193. *quis* erg. *sit*. — 197. *ululavit*, in wahnsinniger Freude. — 205. *Ismenides*, die Bewohnerinnen von Theben am Flusse Ismenus.

## 9. PYRAMUS UND THISBE.

- Pyramus et Thisbe, iuvenum pulcherrimus alter,  
 Altera, quas oriens habuit, praelata puellis,  
 Contiguas tenere domos, ubi dicitur altam  
 Coctilibus muris cinxisse Semiramis urbem.
- 5 Notitiam primosque gradus vicinia fecit;  
 Tempore crevit amor; taedae quoque iure coissent,  
 Sed vetuere patres. Quod non potuere vetare,  
 Ex aequo captis ardebant mentibus ambo.  
 Consciis omnis abest, nutu signisque loquuntur;
- 10 Quoque magis tegitur, tectus magis aestuat ignis.  
 Fissus erat tenui rima, quam duxerat olim,  
 Cum fieret, paries domui communis utrique.  
 Id vitium nulli per saecula longa notatum —  
 Quid non sentit amor? — primi vidistis amantes,
- 15 Et vocis fecistis iter; tutaeque per illud  
 Murmure blanditiae minimo transire solebant.  
 Saepe, ubi constiterant, hinc Thisbe, Pyramus illinc,  
 Inque vices fuerat captatus anhelitus oris,  
 ‚Invide’ dicebant paries, quid amantibus obstas?
- 20 Nec sumus ingrati: tibi nos debere fatemur,  
 Quod datus est verbis ad amicas transitus aures.  
 Talia diversa nequiquam sede locuti,  
 Sub noctem dixere vale, partique dedere  
 Oscula quisque suae non pervenientia contra.
- 25 Postera nocturnos Aurora removerat ignes,  
 Solque pruinosas radiis siccaverat herbas;  
 Ad solitum coiere locum: tum murmure parvo  
 Multa prius questi, statuunt, ut nocte silenti  
 Fallere custodes foribusque excedere temptent,

9, 5. *gradus sc. amoris*. — 6. *taedae* (Nom.), die Fackeln, mit denen die Braut bei der Hochzeit heimgeführt wurde, steht für diese selbst, vgl. *taedas iungere*. — 8. *ex aequo* = *pariter*. — 9. (*tectus*) *magis* = *eo magis*. — 11. *quam duxerat*: *rimam ducere* oder *agere*, ‚Risse bekommen’. — 13. *nulli* = *a nullo*. — 15. *fecistis* erg. *id vitium*. — 23. *sub noctem* gegen die Nacht. — *parti parietis*. — 24. *contra* Adv. — 25. *nocturnos ignes*, die Sterne.

- 30 Cumque domo exierint, urbis quoque tecta relinquunt;  
 Neve sit errandum lato spatiantibus arvo,  
 Conveniant ad busta Nini, lateantque sub umbra  
 Arboris: arbor ibi, niveis uberrima pomis,  
 Ardua morus erat, gelido contermina fonti.
- 35 Pacta placent: et lux, tarde discedere visa,  
 Praecipitatur aquis, et aquis nox exit ab isdem.  
 Callida per tenebras versato cardine Thisbe  
 Egreditur fallitque suos, adopertaque vultum  
 Pervenit ad tumultum, dictaque sub arbore sedit.
- 40 Audacem faciebat amor. Venit ecce recenti  
 Caede laena boum spumantes oblita rictus,  
 Depositura sitim vicini fontis in unda.  
 Quam procul ad lunae radios Babylonia Thisbe  
 Vidit, et obscurum trepido pede fugit in astrum;
- 45 Dumque fugit, tergo velamina lapsa reliquit.  
 Ut lea saeva sitim multa compescuit unda,  
 Dum redit in silvas, inventos forte sine ipsa  
 Ore cruentato tenues laniavit amictus.  
 Serius egressus vestigia vidit in alto
- 50 Pulvere certa ferae, totoque expalluit ore  
 Pyramus. Ut vero vestem quoque sanguine tinctam  
 Repperit, ‚Una duos’ inquit ‚nox perdet amantes;  
 E quibus illa fuit longa dignissima vita,  
 Nostra nocens anima est: ego te, miseranda, peremi,
- 55 In lœca plena metus qui iussi nocte venires,  
 Nec prior huc veni. Nostrum divellite corpus,  
 Et scelerata fero consumite viscera morsu,  
 O quicumque sub hac habitatis rupe, leones.  
 Sed timidi est optare necem’. — Velamina Thisbes
- 60 Tollit, et ad pactae secum fert arboris umbram.  
 Utque dedit notae lacrimas, dedit oscula vesti,  
 ‚Accipe nunc’ inquit ‚nostri quoque sanguinis haustus!’

32. *busta* das Grabmal. — 36. *aquis* (dichterischer Dat. der Richtung bei Verben der Bewegung) = *in aquas i. e. Oceanum*. — 48. *amictus*, dasselbe wie *velamina* 45, *vestem* 51, angedeutet mit *vultum adoperta* 38. — 54. *nostra* = *mea*. — 55. *venires*, dichterisch für *te venire*. — 61. *notae* mit *vesti* zu verbinden; diese Wortstellung häufig bei Dichtern, wenn Subst. u. Adj. beiden Sätzen angehören. — 62. *accipe haustus* (empfangen den Trunk), ‚trinke!’

- Quoque erat accinctus, demisit in ilia ferrum,  
Nec mora, ferventi moriens e vulnere traxit.
- 65 Ut iacuit resupinus humo, cruor emicat alte:  
Non aliter, quam cum vitiato fistula plumbo  
Scinditur, et tenui stridente foramine longas  
Eiaculatur aquas, atque ictibus aëra rumpit.  
Arborei fetus aspergine caedis in atram
- 70 Vertuntur faciem, madefactaque sanguine radix  
Puniceo tinguunt pendentia mora colore.  
Ecce metu nondum posito, ne fallat amantem,  
Illa redit, iuvenemque oculis animoque requirit,  
Quantaque vitavit narrare pericula gestit.
- 75 Utque locum et visa cognoscit in arbore formam,  
Sic facit incertam pomi color: haeret, an haec sit.  
Dum dubitat, tremebunda videt pulsare cruentum  
Membra solum, retroque pedem tulit, oraque buxo  
Pallidiora gerens exhorruit aequoris instar,
- 80 Quod tremit, exigua cum summum stringitur aura.  
Sed postquam remorata suos cognovit amores,  
Percutit indignos claro plangore lacertos,  
Et laniata comas amplexaque corpus amatum  
Vulnera supplevit lacrimis, fletumque cruori
- 85 Miscuit, et gelidis in vultibus oscula figens  
'Pyrame' clamavit, 'quis te mihi casus ademit?  
Pyrame, responde: tua te carissima Thisbe  
Nominat: exaudi, vultusque attolle iacentes!  
Ad nomen Thisbes oculos iam morte gravatos
- 90 Pyramus erexit, visaque recondidit illa.  
Quae postquam vestemque suam cognovit, et ense  
Vidit ebur vacuum, 'Tua te manus' inquit, amorque  
Perdidit, infelix. Est et mihi fortis in unum  
Hoc manus; est et amor: dabit hic in vulnera vires.
- 95 Persequar extinctum, letique miserrima dicar

66. *fistula* 'Wasserröhre' (von Blei). — 69. *caedes*, das (durch Mord vergossene) Blut. — 75. u. 76. Sinn: den Ort und die Gestalt des Baumes findet sie zwar (*ut*) so wieder, wie sie ihn früher gesehen, aber (*sic*) die geänderte Farbe der Früchte macht sie irre. — *an* statt *num* vgl. Gramm. § 340, Anm. 4. — 80. *summum aequor*. — *amores* 'die Liebe' für den Gegenstand derselben. — 82. *indignos: immeritos*. — 84. *supplevit* 'füllte'. — 92. *ebur* 'Scheide aus Elfenbein'. — 93. *in* 'für'.

- Causa comesque tui: quique a me morte revelli  
Heu sola poteris, poteris nec morte revelli.  
Hoc tamen amborum verbis estote rogati,  
O multum miseri, meus illiusque, parentes,
- 100 Ut, quos certus amor, quos hora novissima iunxit,  
Componi tumulto non invidetis eodem.  
At tu, quae ramis arbor miserabile corpus  
Nunc tegis unius, mox es tectura duorum,  
Signa tene caedis, pullosque et luctibus aptos
- 105 Semper habe fetus, gemini monumenta cruoris.  
Dixit, et aptato pectus mucrone sub imum  
Incubuit ferro, quod adhuc a caede tepebat.  
Vota tamen tetigere deos, tetigere parentes.  
Nam color in pomo est, ubi permaturuit, ater;
- 110 Quodque rogis superest, una requiescit in urna.

#### 10. CADMUS IN EINE SCHLANGE VERWANDELT.

- Cadmus Agenorides luctu serieque malorum  
Victus et ostentis, quae plurima viderat, exit  
Conditor urbe sua, tamquam fortuna locorum,  
Non sua se premeret; longisque erratibus actus
- 5 Contigit Illyricos profuga cum coniuge fines.  
Iamque malis annisque graves, dum prima retractant  
Fata domus, releguntque suos sermone labores,  
'Num sacer ille mea traiectus cuspide serpens'  
Cadmus ait, fuerat, tum, cum Sidone profectus
- 10 Vipereos sparsi per humum, nova semina, dentes?  
Quem si cura deum tam certa vindicat ira,  
Ipse precor serpens in longam porrigar alvum.  
Dixit, et ut serpens in longam tenditur alvum,  
Durataeque cuti squamas increscere sentit,
- 15 Nigraque caeruleis variari corpora guttis;

97. *nec* 'auch nicht'. — 98. *verbis* 'im Namen'.

10. 1. *luctu* etc. hierher gehört der jämmerliche Tod seiner Enkel Actäon und Pentheus. — 5. *coniuge* v. e. *Harmonia* — 8 ff. *sacer fuerat* ist Prädicat. — Cadmus fürchtet durch die Tödtung des Drachens (vgl. 7, 28 ff.) den sicher treffenden (*certa*) Zorn der Götter auf sich geladen zu haben und wünscht zur Busse selbst in eine Schlange verwandelt zu werden. — 15. *variari* 'sich sprengeln'.

- In pectusque cadit pronus, commissaque in unum  
Paulatim tereti tenuantur acumine crura.  
Bracchia iam restant: quae restant bracchia tendit,  
Et lacrimis per adhuc humana fluentibus ora
- 20 ‚Accede, o coniunx, accede, miserrima’ dixit,  
‚Dumque aliquid superest de me, me tange, manumque  
Accipe, dum manus est, dum non totum occupat anguis.’  
Ille quidem vult plura loqui, sed lingua repente  
In partes est fissa duas, nec verba volenti.
- 25 Sufficiunt, quotiensque aliquos parat edere questus,  
Sibilat: hanc illi vocem natura reliquit.  
Nuda manu feriens exclamat pectora coniunx  
‚Cadme, mane, teque, infelix, his exue monstris!  
Cadme, quid hoc? ubi pes? ubi sunt umerique manusque
- 30 Et color et facies et, dum loquor, omnia? cur non  
Me quoque, caelestes, in eandem vertitis anguem?’  
Dixerat: ille suae lambebat coningis ora,  
Et dabat amplexus, assuetaque colla petebat.  
Quisquis adest — aderant comites — terretur: at illa
- 35 Lubrica permulcet cristati colla draconis:  
Et subito duo sunt, iunctoque volumine serpunt,  
Donec in appositi nemoris subiere latebras.  
Nunc quoque nec fugiunt hominem, nec vulnere laedunt,  
Quidque prius fuerint, placidi meminere dracones.

## 11. PERSEUS UND ATLAS.

Viperæ referens spoliū memorabile monstri  
Aëra carpebat Perseus stridentibus alis.  
Cumque super Libycas victor penderet arenas,

16. *commissa in unum* ‚in Eins zusammengefügt‘. — 17. *acumine* ‚Schweifspitze‘. — 24. *volenti loqui*. — 25. *sufficiunt* ‚zu Gebote stehen‘. — 28. *his monstris*, von der einen Schlange, in die er verwandelt wird. — 36. *iuncto volumine*: das sich Fortwinden geht mit oder nebeneinander vor.

11. Perseus hatte von Polydektes den Auftrag, ihm das schlangenhaarige Haupt der Medusa (*Gorgo*) zu bringen (*viperæ monstri spoliū*). Er ist auf dem Rückfluge begriffen, wobei er sich Flügelschuhe bedient, die ihm Nymphen geliehen und die ihm auch den Sieg gewinnen halfen. — 2. *aëra carpebat* vgl. *viam carpere*. — 3. *Libycas*: die Gorgonen wohnten in Libyen.

- Gorgonei capitis guttae cecidere cruentae,  
5 Quas humus exceptas varios animavit in angues;  
Unde frequens illa est infestaque terra colubris.  
Inde per immensum ventis discordibus actus  
Nunc hue, nunc illuc, exemplo nubis aquosae,  
Fertur, et ex alto seductas aethere longe
- 10 Despectat terras, totumque supervolat orbem.  
Ter gelidas Arctos, ter Canceri bracchia vidit;  
Saepe sub occasus, saepe est ablatus in ortus;  
Iamque cadente die, veritus se credere nocti,  
Constitit Hesperio, regnis Atlantis, in orbe,
- 15 Exiguamque petit requiem, dum Lucifer ignes  
Evocet Aurorae, currus Aurora diurnos.  
Hic hominum cunctos ingenti corpore praestans  
Iapetionides Atlas fuit. Ultima tellus  
Rege sub hoc et pontus erat, qui Solis anhelis
- 20 Aequora subdit equis et fessos excipit axes.  
Mille greges illi totidemque armenta per herbas  
Errabant, et humum vicinia nulla premebant.  
Arboreae frondes auro radiante virentes  
Ex auro ramos, ex auro poma tegebant.
- 25 ‚Hospes’, ait Perseus illi, ‚seu gloria tangit  
Te generis magni, generis mihi Iuppiter auctor;  
Sive es mirator rerum, mirabere nostras:  
Hospitium requiemque peto’. Memor ille vetustae  
Sortis erat; Themis hanc dederat Parnasia sortem:
- 30 ‚Tempus, Atla, veniet, tua quo spoliabitur auro  
Arbor, et hunc praedae titulum Iove natus habebit.’  
Id metuens solidis pomaria clauserat Atlas  
Moenibus et vasto dederat servanda draconi,  
Aerebatque suis externos finibus omnes.

9. *seductas i. e. a se remotas*. — 16. *diurnos i. e. solis*. — 17. *hominum* dichterisch statt *homines*. — 18. *ultima*, im Westen. — 21. *armenta* ‚Rinder‘ (Grossvieh), woraus sich die Bedeutung von *greges* ergibt. — 22. *premebant* ‚schränkte ein‘. — 23. *virentes* verbinde mit *frondes*. — 24. *poma*: Gemeint sind die Äpfel der Hesperiden, vgl. das Orakel 30 und 31, das aber durch einen anderen Sohn des Zeus (Herkules) in Erfüllung gieng. — 27. *rerum gestarum*. — 29. Vor Apollo besass Themis, eine Verwandte des Atlas, das delphische Orakel am Fusse des Parnas. — 31. *titulum* = gloriam (der Erbeutung der Goldäpfel).



- 35 Huic quoque ,Vade procul, ne longe gloria rerum,  
Quam mentiris' ait, ,longe tibi Iuppiter absit!  
Vimque minis addit, manibusque expellere temptat  
Cunctantem et placidis miscentem fortia dictis.  
Viribus inferior — quis enim par esset Atlanti
- 40 Viribus? — ,At quoniam parvi tibi gratia nostra est,  
Accipe munus!' ait, laevaque a parte Medusae  
Ipse retroversus squalentia prodidit ora.  
Quantus erat, mons factus Atlas: nam barba comaeque  
In silvas abeunt, iuga sunt umerique manusque;
- 45 Quod caput ante fuit, summo est in monte cacumen;  
Ossa lapis fiunt. Tum partes auctus in omnes  
Crevit in immensum — sic di statuistis — et omne  
Cum tot sideribus caelum requievit in illo.

## 12. NIOBE.

- Lydia tota fremit, Phrygiaeque per oppida facti  
Rumor it, et magnum sermonibus occupat orbem.  
Ante suos Niobe thalamos cognoverat illam,  
Tum cum Maeciam virgo Sipylumque colebat:
- 5 Nec tamen admonita est poena popularis Arachnes  
Cedere caelitibus, verbisque minoribus uti.  
Multa dabant animos. Sed enim nec coniugis artes,  
Nec genus amborum magnique potentia regni  
Sic placere illi, quamvis ea cuncta placerent,
- 10 Ut sua progenies; et felicissima matrum  
Dieta foret Niobe, si non sibi visa fuisset.  
Nam sata Tiresia, venturi praescia, Manto  
Per medias fuerat, divino concita motu,  
Vaticinata vias: ,Ismenides, ite frequentes,

35. *longe absit*, zu gar nichts helfe'.  
12, 1. *facti*, die Verwandlung der Arachne in eine Spinne,  
weil sie sich vermessen, mit der Minerva in der Webekunst zu wett-  
eifern. — 2. *orbem*, 'Unkreis'. — 3. *thalamos*, 'Vermählung'. —  
*illam Arachnen*. — 6. *verbis minoribus uti* opp. magna loqui.  
— 7. *animos*, 'Stolz' — *sed enim*, der an beide Conjunctionen an-  
gereichte Satz kann sowohl causal als adversativ aufgefasst werden.  
— *coniunx*, Amphion, ein Sohn Jupiters und König von Theben, auf  
dessen Citherspiel und Gesang sich die Steine zu den Mauern Thebens  
von selbst zusammenfügten (vgl. 33 *fidibus commissa moenia*). — 12.  
*sata* = *genita*. — 14. *Ismenides*, (vgl. 8,205) = *Thebaides*. 18.

- 15 Et date Latonae Latonigenisque duobus  
Cum prece tura pia, lauroque innectite crinem:  
Ore meo Latona iubet.' Paretur, et omnes  
Thebaïdes iussis sua tempora frondibus ornant,  
Turaque dant sanctis et verba precantia flammis.
- 20 Ecce venit comitum Niobe celeberrima turba,  
— Vestibus intexto Phrygiis spectabilis auro,  
Et, quantum ira sinit, formosa, movensque decoro  
Cum capite immissos umerum per utrumque capillos.  
Constitit: utque oculos circumtulit alta superbos,
- 25 ,Quis furor, auditos' inquit ,praepnere visis  
Caelestes? aut cur colitur Latona per aras,  
Numen adhuc sine ture meum est? Mihi Tantalus auctor,  
Cui licuit soli Superorum tangere mensas.  
Pleiadum soror est genetrix mea; maximus Atlas
- 30 Est avus, aetherium qui fert cervicibus axem;  
Iuppiter alter avus, socero quoque gloriator illo.  
Me gentes metuunt Phrygiae, me regia Cadmi  
Sub domina est, fidibusque mei commissa mariti  
Moenia cum populis a meque viroque reguntur.
- 35 In quamcumque domus adverti lumina partem,  
Immensae spectantur opes. Accedit eodem  
Digna dea facies. Huc natas adice septem,  
Et totidem iuvenes, et mox generosque nurusque.  
Quaerite nunc, habeat quam nostra superbia causam,
- 40 Nescio quoque audete satam Titanida Coeo  
Latonam praeferre mihi, cui maxima quondam  
Exiguam sedem pariturae terra negavit!  
Nec caelo, nec humo, nec aquis dea vestra recepta est.  
Exsul erat mundi, donec miserata vagantem  
45 ,Hospita tu terris erras, ego dixit ,in undis,'

16. *lauro*, als dem Apollo heilig. — 19. *sanctis* mit *flammis*  
zu verbinden. — 20. *celeberrima i. e. stipata*. — 21. *Phrygiis*  
*i. e.* buntgewirkt. — 24. *alta* (hochaufgerichtet) ,stolz'. — 25.  
*auditos*, durch Hörensagen gekannte. — 26. *per*, rings an'. — 29.  
*Pleiadum soror* Dione. — 31. *alter avus*: Juppiter war der  
Vater sowol des Amphion als des Tantalus. — 32. *me*, verbinde  
*regia C. sub me domina*. — 40. *nescio quoque* = *et nescio quo*  
(hier verächtlich), zu verbinden mit *Coeo satam*; *Coeus*, ein Titan.  
— 45. *Delos*, früher eine schwimmende (*instabilis*) Insel.

- Instabilemque locum Delos dedit. Illa duorum  
Facta parens: uteri pars haec est septima nostri.  
Sum felix: quis enim neget hoc? felixque manebo.  
Hoc quoque quis dubitet? tutam me copia fecit.  
50 Maior sum, quam cui possit Fortuna nocere;  
Multaque ut eripiat, multo mihi plura relinquet.  
Excessere metum mea iam bona. Fingite demi  
Huic aliquid populo natorum posse meorum,  
Non tamen ad numerum redigar spoliata duorum,  
55 Latonae turbam: qua quantum distat ab orba?  
Ite, satis, properate, sacri est, laurumque capillis  
Ponite.' Deponunt infectaque sacra relinquunt,  
Quodque licet, tacito venerantur murmure numen.  
Indignata dea est: summoque in vertice Cynthi  
60 Talibus est dictis gemina cum prole locuta:  
'En ego vestra parens, vobis animosa creatis,  
Et, nisi Iunoni, nulli cessura dearum,  
An dea sim, dubitor: perque omnia saecula cultis  
Arceor, o nati, nisi vos succurritis, aris.  
65 Nee dolor hic solus: diro convicia facto  
Tantalus adiecit, vosque est postponere natis  
Ausa suis, et me, quod in ipsam recidat, orbam  
Dixit, et exhibuit linguam scelerata paternam.'  
Adiectura preces erat his Latona relatis:  
70 'Desine' Phoebus ait; 'poenae mora longa querela est.'  
Dixit idem Phoebe; celerique per aëra lapsu  
Contigerant tecti Cadmeida nubibus arcem.  
Planus erat lateque patens prope moenia campus,  
Assiduis pulsatus equis, ubi turba rotarum  
75 Duraque mollierat subiectas ungula glebas.

47. *uteri nostri*, von unserm Geburten'. — 51. *ut concessiv.* — 53. *populo*: starker Ausdruck stolzen Selbstgefühls von ihrer grossen Kinderschar. — 55. *turba*, spöttisch. — *qua turba*, durch diese (kleine) Schar'. — 56. *satis (sacri) est.* — 63. *an* statt *num*, vgl. Gramm. § 340, Anm. 4. — *cultis* verb. mit *aris*. — 67. *recidat*, Conj. optat. — 68. *exhibuit*, zeigte'. — *paternam*: Tantalus hatte die an der Tafel der Götter vernommenen Geheimnisse den Menschen verraten. — 72. *contigerant*, das plusqpf. zur Bezeichnung der Schnelligkeit. — 74. *assiduis*, mit dem Adv. zu übersetzen.

- Pars ibi de septem genitis Amphione fortes  
Conscendunt in equos, Tyrioque rubentia suco  
Terga premunt, auroque graves moderantur habenas.  
E quibus Ismenos, dum certum flectit in orbem  
80 Quadrupedis cursus spumantiaque ora coercet,  
'Ei mihi!' conclamat, medioque in pectore fixa  
Tela gerit, frenisque manu moriente remissis  
In latus a dextro paulatim defluit armo.  
Proximus, audito sonitu per inane pharetrae,  
85 Frena dabat Sipylus, veluti cum praescius imbris  
Nube fugit visa, pendentiaque undique rector  
Carbasa deducit, ne qua levis effluat aura.  
Frena dabat: dantem non evitabile telum  
Consequitur; summaque tremens cervice sagitta  
90 Haesit, et exstabat crudum de gutture ferrum.  
Ille, ut erat pronus, per colla admissa iubasque  
Volvitur, et calido tellurem sanguine foedat.  
Phaedimus infelix et aviti nominis heres  
Tantalus, ut solito finem imposuere labori,  
95 Transierant ad opus nitidae invenile palaestrae:  
Et iam contulerant arto luctantia nexu  
Pectora pectoribus: cum tento concita nervo,  
Sicut erant iuncti, traiecit utrumque sagitta.  
Ingemuere simul, simul incurvata dolore  
100 Membra solo posuere, simul suprema iacentes  
Lumina versarunt, animam simul exhalarunt.  
Adspicit Alphenor, laniataque pectora plangens  
Advolat, ut gelidos complexibus allevet artus;  
Inque pio cadit officio, nam Delius illi  
105 Intima fatifero rupit praecordia ferro.  
Quod simul eductum, pars est pulmonis in hamis

77. *Tyrio* etc. Purpurdecken waren über den Rücken der Rosse gelegt. — 84. *per inane*, die leere Luft; denn Apollo wie Diana sind in der Wolke verborgen. — 85. *frena dare (immittere)*, die Zügel schiessen lassen'. — *praescius imbris* verb. mit *rector*. — 87. *effluat*, verloren gehe'. — 90. *crudum*, grausam'. — 91. *per colla admissa*: eigentlich ist es das Ross, dem er die Zügel schiessen liess (*equus admissus*). — 94. *labori* des Rossetummelns. — 95. *nitidae*, weil die Ringenden sich mit Oel salbten. — 96. *nexu*, Umschlingung'. — 102. *laniata* proleptisch = *ita ut lanietur*. — 106. *simul* = *simul ac*.

- Eruta, cumque anima cruor est effusus in auras.  
 At non intonsum simplex Damasiethona vulnus  
 Adfecit. Ictus erat, qua crus esse incipit, et qua  
 110 Mollia nervosus facit internodia poples.  
 Dumque manu temptat trahere exitabile telum,  
 Altera per iugulum pennis tenus acta sagitta est.  
 Expulit hanc sanguis, seque eiaculatus in altum  
 Emicat, et longe terebrata prosilit aura.  
 115 Ultimus Ilioneus non profectura precando  
 Bracchia sustulerat, di' que o communiter omnes,  
 Dixerat, ignarus non omnes esse rogandos,  
 'Parcite!' Motus erat, cum iam revocabile telum  
 Non fuit, Arcitenens; minimo tamen occidit ille  
 120 Vulnere, non alte percusso corde sagitta.  
 Fama mali populique dolor lacrimaeque suorum  
 Tam subitae matrem certam fecere ruinae,  
 Mirantem potuisse, irascentemque, quod ausi  
 Hoc essent superi, quod tantum iuris haberent.  
 125 Nam pater Amphion ferro per pectus adacto  
 Finierat moriens pariter cum luce dolorem.  
 Heu quantum haec Niobe Niobe distabat ab illa,  
 Quae modo Latois populum summoerat aris,  
 Et mediam tulerat gressus resupina per urbem,  
 130 Invidiosa suis: at nunc miseranda vel hosti.  
 Corporibus gelidus incumbit, et ordine nullo  
 Oscula dispensat natos suprema per omnes.  
 A quibus ad caelum liventia bracchia tollens,  
 'Pascere, crudelis, nostro, Latona, dolore,  
 135 Pascere' ait, satiaque meo tua pectora luctu;  
 Efferor! exsulta victrixque inimica triumphat.

103. *intonsum*: die griechischen Knaben trugen erst nach eingetretener Mannbarkeit verschnittenes Haar. — 113. *pennis tenus*: die Pfeile waren befiedert. — 115. *profectura*, vgl. Gramm. § 370, 3. — 116. *di que*: que verbindet *sustulerat* mit *dixerat*. — 117. *non omnes*, sondern nur Apollo. — 122. *ruinae* (Untergang ihrer Söhne) verb. mit *certam* (= *certiorem*). — 123. *potuisse* erg. *superos hoc* aus dem Folgenden. — 125. *nam*: ich erzähle nur von Niobe, denn A. u. s. w. — 130. *suis*: Angehörige misgönnen in der Regel ein nur mässiges Glück nicht. — 136. *efferor*, von dem Hinaustragen der Leichen.

- Cur autem victrix? miserae mihi plura supersunt,  
 Quam tibi felici. Post tot quoque funera vinco.  
 Dixerat, et sonuit contento nervus ab arcu,  
 140 Qui praeter Nioben unam conterruit omnes.  
 Illa malo est audax. Stabant cum vestibus atris  
 Ante toros fratrum demisso crine sorores.  
 E quibus una, trahens haerentia viscere tela,  
 Imposito fratri moribunda relanguit ore.  
 145 Altera, solari miseram conata parentem,  
 Conticuit subito, duplicataque vulnere caeco est.  
 Haec frustra fugiens collabitur, illa sorori  
 Immoritur, latet haec, illam trepidare videres.  
 Sexque datis leto diversaque vulnera passis  
 150 Ultima restabat: quam toto corpore mater,  
 Tota veste tegens, 'Unam minimamque relinque!  
 De multis minimam posco' clamavit, et unam'.  
 Dumque rogat, pro qua rogat, occidit. Orba resedit  
 Exanimes inter natos natasque virumque,  
 155 Deriguitque malis. Nullos movet aura capillos,  
 In vultu color est sine sanguine, lumina maestis  
 Stant immota genis: nihil est in imagine vivum.  
 Ipsa quoque interius cum duro lingua palato  
 Congelat, et venae desistunt posse moveri.  
 160 Nec flecti cervix, nec bracchia reddere motus,  
 Nec pes ire potest: intra quoque viscera saxum est.  
 Flet tamen, et validi circumdata turbine venti  
 In patriam rapta est. Ibi fixa cacumine montis  
 Liquitur, et lacrimas etiam nunc marmora manant.

### 13. VERWANDLUNG LYCISCHER BAUERN IN FRÖSCHE.

Tum vero cuncti manifestam numinis iram  
 Femina virque timent, cultuque impensius omnes  
 Magna gemelliparae venerantur numina divae;  
 Utque fit, a facto propiore priora renarrant

139. *arcu Dianae*. — 142. *toros*, 'Leichenbetten' — *demisso crine*, als Zeichen der Trauer. — 144. *imposito fratri ore*, zum Küssen. — 146. *duplicata* = *recurvata* — *caeco* (passivisch) nicht gesehen, woher. — 158. *duro*, weil zu Stein geworden.

13. 1. *Tum vero*, nach der Bestrafung der Niobe. — 4. *a facto propiore*, von der (der Zeit nach) näher liegenden That ausgehend.

- 5 E quibus unus ait: ,Lyciae quoque fertilis agris  
Non impune deam veteres sprevere coloni.  
Res obscura quidem est ignobilitate virorum,  
Mira tamen. Vidi praesens stagnumque locumque  
Prodigio notum; nam a me iam grandior aevo.
- 10 Impatiensque viae genitor deducere lectos  
Iusserat inde boves, gentisque illius eunti  
Ipse ducem dederat; cum quo dum pascua lustrō,  
Ecce lacu medio sacrorum nigra favilla  
Ara vetus stabat, tremulis circumdata cannis.
- 15 Restitit, et pavido ,Faveas mihi' murmure dixit  
Dux meus; et simili ,Faveas' ego murmure dixi.  
Naiadum Faunine foret tamen ara, rogabam,  
Indigenaeve dei, cum talia rettulit hospes:  
,Non hac, o juvenis, montanum numen in ara est.
- 20 Illa suam vocat hanc, cui quondam regia coniunx  
Orbem interdixit, quam vix erratica Delos  
Errantem accepit, tum cum levis insula nabat.  
Illuc incumbens cum Palladis arbore palmae  
Edidit invita geminos Latona noverca.
- 25 Hinc quoque lunonem fugisse puerpera fertur,  
Inque suo portasse sinu duo numina, natos.  
Iamque Chimaeriferae, cum sol gravis ureret arva,  
Finibus in Lyciae, loringo dea fessa labore,  
Sidereo siccata sitim collegit ab aestu;
- 30 Ubraque ebiberant avidi lactantia nati.  
Forte lacum medio cruris aquae prospexit in imis  
Vallibus: agrestes illuc fruticosa legebant  
Vimina cum iuncis gratamque paludibus ulvam.  
Accessit, positoque genu Titania terram
- 35 Pressit, ut hauriret gelidos potura liquores.  
Rustica turba vetant. Dea sic adfata vetantes:

8. praesens, subst. — 10. viae i. e. molestiarum viae. —  
13. favilla Abl. — 17. constat. tamen rogabam, Naiadum etc. —  
18. indigenae opp. den Naiaden und dem Faunus, die allgemein  
verehrt wurden. — 20. Illa Latona. — regia coniunx Iuno. —  
23. (incumbens) cum Palladis arbore palmae = et palmae et  
Palladis arbori (Oelbaum). — 24. noverca: Iunone als Gemahlin des  
Iuppiter, des Vaters der Zwillinge. — 29. colligere, allmählig be-  
kommen. — sidereo ab aestu, von der Sonnenglut. — 31. medio-  
cris, mässig gross. — 34. Titania als Tochter des Titanen Coeus.

- ,Quid prohibetis aquis? usus communis aquarum est:  
Nec solem proprium natura, nec aëra fecit,  
Nec tenues undas: ad publica munera veni.
- 40 Quae tamen ut detis, supplex peto. Non ego nostros  
Abluere hic artus lassataque membra parabam,  
Sed relevare sitim. Caret os umore loquentis,  
Et fauces arent, vixque est via vocis in illis.  
Haustus aquae mihi nectar erit, vitamque fatebor
- 45 Accepisse simul: vitam dederitis in unda.  
Hi quoque vos moveant, qui nostro bracchia tendunt  
Parva sinu: et casu tendebant bracchia nati.  
Quem non blanda deae potuissent verba movere?  
Hi tamen orantem perstant prohibere, minasque,
- 50 Ni procul abscedat, conviciaque insuper addunt.  
Nec satis est: ipsos etiam pedibusque manuque  
Turbavere lacus, imoque e gurgite mollem  
Huc illuc limum salta movere maligno.  
Distulit ira sitim; neque enim iam filia Coei
- 55 Supplicat indignis, nec dicere sustinet ultra  
Verba minora dea; tollensque ad sidera palmas  
,Aeternum stagno' dixit ,vivatis in isto.'  
Eveniunt optata deae: iuvat esse sub undis,  
Et modo tota cava submergere membra palude,
- 60 Nunc proferre caput, summo modo gurgite nare,  
Saepe super ripam stagni consistere, saepe  
In gelidos resilire lacus. Sed nunc quoque turpes  
Litibus exercent linguas, pulsoque pudore,  
Quamvis sint sub aqua, sub aqua maledicere temptant.
- 65 Vox quoque iam rauca est, inflataque colla tumescunt,  
Ipsaque dilatant patulos convicia rictus.  
Terga caput tangunt, colla intercepta videntur,  
Spina viret, venter, pars maxima corporis, albet:  
69 Limosoque novae saliunt in gurgite ranae.'

39. publica munera, Gemeingut aller Menschen. — 40.  
nostros i. e. meos. — 45. dederitis vgl. Gramm. S. 251, A. 4. —  
47. sinu = e sinu. — 56. minora = indigna. — 57. aeternum  
(Subst.), Acc. der Zeitdauer.

## 14. IASON UND MEDEA.

- Plurima perpassi Minyae duce Iasone tandem  
 Contigerant rapidas limosi Phasidos undas.  
 Dumque adeunt regem, Phrixaeque vellera poseunt.  
 Voxque datur numeris magnorum horrenda laborum:
- 5 Concipit interea validos Aetias ignes;  
 Et luctata diu, postquam ratione furorem  
 Vincere non poterat, Frustra, Medea, repugnas;  
 Nescio quis deus obstat ait mirumque, nisi hoc est,  
 Aut aliquid certe simile huic, quod amare vocatur.
- 10 Nam cur iussa patris nimium mihi dura videntur?  
 Sunt quoque dura nimis. Cur, quem modo denique vidi,  
 Ne pereat, timeo? quae tanti causa timoris?  
 Exeunte virgineo conceptas pectore flammis,  
 Si potes, infelix! — Si possem, sanior essem.
- 15 Sed gravat invitam nova vis: aliudque cupido,  
 Mens aliud suadet. Video meliora proboque:  
 Deteriora sequor. Quid in hospite, regia virgo,  
 Ureris, et thalamos alieni concipis orbis?  
 Haec quoque terra potest, quod ames, dare. Vivat, an ille
- 20 Occidat, in dis est. Vivat tamen, idque precari  
 Vel sine amore licet. Quid enim commisit Iason?  
 Quem, nisi crudelem, non tangat Iasonis aetas  
 Et genus et virtus? quem non, ut cetera desint,  
 Ore movere potest? certe mea pectora movit.
- 25 At nisi opem tuleri, taurorum adflabitur ore,  
 Concurretque suae segeti, tellure creatis  
 Hostibus, aut avido dabitur fera praeda draconi.  
 Hoc ego si patiar, tum me de tigride natam,  
 Tum ferrum et scopulos gestare in corde fatebor.

14, 1. *Minyae*, anderer Name für Argonauten. — 3. *regem*, *Aeeten*, Vater der Medea, daher diese v. 5 *Aetias* heisst. — *vellera*, das goldene Vliess. — 4. *vox*, Wort d. i. Antwort. — 5. *ignes i. e. amorem in Iasonem*. — 18. *concupere mente* ‚den Gedanken fassen‘. — *thalamos* ‚Ehe‘. — 24. *ore* ‚Antlitz‘. — 25. *taurorum* der feuerschnaubenden, vgl. 101 ff. — 26. *suae segeti* (Dat. = *cum* mit Abl.), aus den von ihm selbst gesäeten Drachenzähnen wuchsen Männer hervor, mit denen er kämpfen musste.

- 30 Cur non et specto pereuntem, oculosque videndo  
 Conscelero? cur non tauros exhortor in illum  
 Terrigenasque feros insopitumque draconem?  
 Di meliora velint! Quamquam non ista precanda,  
 Sed facienda mihi. — Prodamne ego regna parentis,
- 35 Atque ope nescio quis servabitur advena nostra,  
 Ut per me sospes sine me det linthea ventis.  
 Virque sit alterius, poenae Medea relinquit?  
 Si facere hoc, aliamve potest praepone nobis,  
 Occidat ingratus. Sed non is vultus in illo,
- 40 Non ea nobilitas animo est, ea gratia formae,  
 Ut timeam fraudem meritique obliviam nostri.  
 Et dabit ante fidem, cogamque in foedera testes  
 Esse deos. Quin tuta times! Accingere et omnem  
 Pelle moram. Tibi se semper debebit Iason,
- 45 Te face sollemni iunget sibi; perque Pelasgas  
 Servatrix urbes matrum celebrabere turba.  
 Ergo ego germanam fratremque patremque deosque  
 Et natale solum, ventis ablata, relinquam?  
 Nempe pater saevus, nempe est mea barbara tellus,
- 50 Frater adhuc infans, stant mecum vota sororis,  
 Maximus intra me deus est. Non magna relinquam,  
 Magna sequar: titulum servatae pubis Achivae  
 Notitiamque loci melioris et oppida, quorum  
 Hic quoque fama viget, cultusque artesque locorum,
- 55 Quemque ego cum rebus, quas totus possidet orbis,  
 Aesoniden mutasse velim: quo coninge felix  
 Et dis cara ferar, et vertice sidera tangam.  
 Quid, quod nescio qui mediis incurrere in undis  
 Dicuntur montes, ratibusque inimica Charybdis
- 60 Nunc sorbere fretum, nunc reddere, cinctaque saevius  
 Scylla rapax canibus Siculo latrare profundo?

33. *quamquam* vgl. Gramm. § 329, Zus. A. 1. — 42. *ante*, bevor ich ihm meine Hilfe leihe. — 45. *face* (Hochzeitsfackel) ‚Vermählung‘. — 46. *servatrix*, ihrer Söhne, der Argonauten. — 49. *nempe* ‚ja doch‘. — 54. *cultus* ‚feine Bildung‘. — 55. *quemque* etc. constr. *Aesonidenque* (*sequar*), *quem ego*. — 56. *mutasse*, aoristischer inf. perf. = *mutare* (eintauschen). — 57. *ferri* ‚gepriesen werden‘. — 58. *quid quod* ‚was sagst du dazu, dass‘, ferner — 59. *montes*, die Symplegaden, *συνπλεγάδες*; *incurrere*, gegen das Schiff. — 61. *pro-fundum*, subst.

- Nempe tenens, quod amo, gremioque in Iasonis haerens  
 Per freta longa ferar. Nihil illum amplexa verebor;  
 Aut, siquid metuum, metuum de coniuge solo.
- 65 Coniugiumne vocas, speciosaque nomina culpae  
 Imponis, Medea, tuae? quin aspice, quantum  
 Aggrediare nefas, et, dum licet, effuge crimen.  
 Dixit: et ante oculos rectum pietasque pudorque  
 Constitierant, et victa dabat iam terga Cupido.
- 70 Ibat ad antiquas Hecates Perseidos aras,  
 Quas nemus umbrosus secretaque silva tegebat.  
 Et iam fortis erat, pulsusque resederat ardor:  
 Cum videt Aesoniden, extinctaque flamma revixit.  
 Erubere genae, totoque recanduit ore;
- 75 Utque solet ventis alimenta assumere, quaeque  
 Parva sub inducta latuit scintilla favilla,  
 Crescere et in veteres agitata resurgere vires;  
 Sic iam lentus amor, iam quem languere putares,  
 Ut vidit iuvenem, specie praesentis inarsit.
- 80 Et casu solito formosior Aesone natus  
 Illa luce fuit: posses ignoscere amanti.  
 Spectat, et in vultu, veluti tum denique viso,  
 Lumina fixa tenet, nec se mortalia demens  
 Ora videre putat, nec se declinat ab illo.
- 85 Ut vero coepitque loqui dextramque prehendit  
 Hospes, et auxilium submissa voce rogavit.  
 Promisitque torum, lacrimis ait illa profusis:  
 Quid faciam, video, nec me ignorantia veri  
 Decipiet sed amor. Servabere munere nostro:
- 90 Servatus promissa dato. Per sacra triformis  
 Ille deae, lucoque foret quod numen in illo.  
 Perque patrem soceri cernentem cuncta futuri,  
 Eventusque suos et tanta pericula iurat.

70. Selbst Zauberin, wendet sie sich an die Zaubergöttin Hekate, eine Schwester der zaubermächtigen Circe, beide Töchter der Okeanide Perse (daher Perseis). — 75. *utque solet* etc. constr. *utque solet scintilla... assumere et quae parva* etc. — 79. *specie* ‚Schönheit‘. — 80 *solito*, Abl. compar. — 87. *torum i. e. coniugium*. — 88. *veri* ‚des Rechten‘. — 90. *triformis* ‚dreiköpfig‘ (Hecate). — 91. *lucoque*: constr. *et (per) numen, quod in illo luco foret*. — 92. *soceri* des Aetes, eines Sohnes des Helios. — 93. *(per) eventus*: so wahr als er so grosse Gefahren glücklich bestehen möchte.

- Creditus accepit cantatas protinus herbas,  
 95 Edidicitque usum, laetusque in tecta recessit.  
 Postera depulerat stellas Aurora micantes:  
 Conveniunt populi sacrum Mayortis in arvom,  
 Consistuntque iugis. Medio rex ipse resedit  
 Agmine purpureus sceproque insignis eburno.
- 100 Ecce adamanteis Volcanum naribus efflant  
 Aeripedes tauri, tactaeque vaporibus herbae  
 Ardent. Utque solent pleni resonare camini,  
 Aut ubi terrena silices fornace soluti  
 Concipiunt ignem liquidarum aspergine aquarum:
- 105 Pectora sic intus clausas volventia flammam  
 Gutturaque usta sonant. Tamen illis Aesone natus  
 Obvius it. Vertere truces venientis ad ora  
 Terribiles vultus praefixaque cornua ferro,  
 Pulveremque solum pede pulsavere bisulco,
- 110 Fumificisque locum mugitibus impleverunt  
 Deriguere metu Minyae. Subit ille, nec ignes  
 Sentit anhelatos — tantum medicamina possunt —  
 Pendulaque audaci muleet palearia dextra,  
 Suppositosque iugo pondus grave cogit aratri
- 115 Ducere, et insuetum ferro proscindere campum.  
 Mirantur Colehi; Minyae clamoribus augent  
 Adiciuntque animos. Galea tum sumit aëna  
 Vipereos dentes, et aratos spargit in agros.  
 Semina mollit humus, valido praetincta veneno,
- 120 Et crescunt, fiuntque sati nova corpora dentes;  
 Quodque magis mirum est, quassant arma edita secum.  
 Quos ubi viderunt praecutae cuspidis hastas  
 In caput Haemonii iuvenis torquere parantes.  
 Demisere metu vultumque animumque Pelasgi.
- 125 Ipsa quoque extimuit, quae tutum fecerat illum;

94. *creditus* wie πιστεύουετος = postquam ei creditum est. — *cantatas* ‚bezaubert‘. — 100. *Volcanum* = ignem. — 103. *aut ubi* etc. = aut ubi silices (resonare solent), ubi etc. terrena ‚irden‘, aus Ziegeln; *soluti* ‚mürbe gebrannt‘. — 113. *palearia* ‚Wampen‘. — 115. *insuetum ferro*: als heiliger Hain durfte er nicht bebant werden. — 118. *vipereos dentes*, die Zähne des von Kadmus getödteten giftigen Drachen, die Minerva dem Aetes geschenkt hatte (vgl. Nr. 7, 35 ff.).

- Utque peti vidit iuvenem tot ab hostibus unum,  
Palluit, et subito sine sanguine frigida sedit;  
Neve parum valeant a se data gramina, carmen  
Auxiliare canit, secretasque advocat artes.
- 130 Ille, gravem medios silicem iaculatus in hostes,  
A se depulsum Martem convertit in ipsos.  
Terrigenae pereunt per mutua vulnera fratres,  
Civilique cadunt acie. Gratantur Achivi,  
Victoremque tenent avidisque amplexibus haerent.
- 135 Tu quoque victorem complecti, barbara, velles:  
Obstitit incepto pudor; at complexa fuisses:  
Sed te, ne faceres, tenuit reverentia famae.  
Quod licet, adfectu tacito laetaris agisque  
Carminibus grates et dis auctoribus horum.
- 140 Pervigilem superest herbis sopire draconem,  
Qui crista linguisque tribus praesignis et uncis  
Dentibus horrendus custos erat arietis aurei.  
Hunc postquam sparsit Lethaei gramine suci,  
Verbaque ter dixit, placidos facientia somnos,
- 145 Quae mare turbatum, quae concita flumina sistunt:  
Somnus in ignotos oculos sibi venit, et auro  
Heros Aesonius potitur: spolioque superbus  
Muneris auctorem secum, spolia altera, portans  
Victor Ioleiacos tetigit eum coniuge portus.

15. PEST AUF AEGINA. DIE MYRMIDONEN.

.Dira lues ira populis Iunonis iniquae  
Incidit, exosae dictas a pelice terras.

128. *carmen* 'Zauberspruch'. — 138. *adfectu* 'Entzücken'.  
— 142. *arietis* (für dessen Vliess) dreisilbig, vgl. Gramm. S. 255,  
4, unten. — *aurei*, zweisilbig, vgl. Gramm. S. 255, 1 Synizese. —  
146. *sibi ignotos*, der Schlaf hatte diese Augen noch nie berührt,  
gekannt. — 148 *auctorem i. e. Medicum*.

15. Nachdem Aeacus, König der Insel Aegina, dem Atheni-  
schen Gesandten Cephalus bereitwillig versprochen, Athen im Kriege  
gegen Minos mit allen Kräften zu unterstützen, erzählt er demselben,  
durch welches ein Wunder an Stelle des von der Pest fast vernichteten  
Volkes ein neues ihm zu Theil geworden. — 1. *iniquae* 'feind-  
selig' war Juno, weil die Insel Oenopia von Aeacus, einem Sohne  
Jupiters und der Nymphen Aegina nach (*a*) eben dieser ihrer Neben-  
buhlerin (*paetex*), benannt worden war.

- Dum visum mortale malum, tantaeque latebat  
Causa nocens cladis, pugnatum est arte medendi;
- 5 Exitium superabat opem, quae victa iacebat.  
Strage canum primo volucrumque oviumque boumque  
Inque feris subiti deprensa potentia morbi.  
Omnia languor habet; silvisque agrisque viisque  
Corpora foeda iacent; vitiantur odoribus aerae.
- 10 Mira loquor: non illa canes avidaeque volucres,  
Non cani tetigere lupi; dilapsa liquescunt  
Adflatuque nocent et agunt contagia late.  
Pervenit ad miseros damno graviore colonos  
Pestis et in magnae dominatur moenibus urbis.
- 15 Viscera torrentur primo, flammaeque latentis  
Indicium rubor est et ductus anhelitus igni.  
Aspera lingua tumet, tepidisque arentia ventis  
Ora patent, aeraeque graves captantur hiata.  
Non stratum, non ulla pati velamina possunt.
- 20 Dura sed in terra ponunt praecordia; nec fit  
Corpus humo gelidum, sed humus de corpore fervet.  
Nec moderator adest; inque ipsos saeva medentes  
Erumpit clades, obsuntque auctoribus artes.  
Quo propior quisque est servitque fidelius aegro,
- 25 In partem leti citius venit. Utque salutis  
Spes abiit, finemque vident in funere morbi.  
Indulgent animis et nulla, quid utile, cura est;  
Utile enim nihil est. Passim positoque pudore  
Fontibus et fluviis puteisque capacibus haerent:
- 30 Nec sitis est exstincta prius quam vita bibendo.  
Inde graves multi nequeunt consurgere et ipsis  
Immoriuntur aquis; aliquis tamen haurit et illas.  
Tantaque sunt miseris invisae taedia lecti:  
Prosiliunt, aut si prohibent consistere vires,

3. *mortale*, 'ein natürlich menschliches' (Gegensatz: ein gott-  
verhängtes). — 6. *primo* verb. mit *deprensa*. — 16. *igni*, Abl.  
*modi* 'heiss'. — 17. *ventis*, Dativ. — 20. *dura*, 'unempfindlich'. —  
*praecordia* = *pectora*. — 23. *auctoribus artis medicae*. —  
25. *in partem venit* = *particeps fit*. — 27. *indulgent ani-*  
*mis i. e. faciunt quidquid ipsis libet*. — *utile* erg. *sit*. — 28.  
*posito pudore* den Grund s. v. 19. — 29. *haerent* 'liegen  
(hängen) sie immerfort'. — 31. *inde* nicht *locales* Adverb. —  
32. *aliquis* 'mancher'. — *et illas corporibus pollutas*.

- 35 Corpora devolvunt in humum; fugiuntque Penates  
 Quisque suos; sua cuique domus funesta videtur:  
 Et quia causa latet, locus est in crimine notus.  
 Semianimes errare viis, dum stare valebant,  
 Aspiceres; flentes alios, terraque iacentes
- 40 Lassaque versantes supremo lumina motu,  
 Hic illic, ubi mors deprenderat, exhalantes.  
 Quid mihi tunc animi fuit? an quod debuit esse,  
 Ut vitam odissem et cuperem pars esse meorum?  
 Quo se cumque acies oculorum flexerat, illic
- 45 Vulgus erat stratum, veluti cum putria motis  
 Poma cadunt ramis agitataque illice glandes.  
 Tempa vides contra gradibus sublimia longis:  
 Iuppiter illa tenet. Quis non altaribus illis  
 Irrita tura tulit? quotiens pro coniuge coniunx,  
 50 Pro gnato genitor; dum verba precantia dicit,  
 Non exoratis animam finivit in aris,  
 Inque manu turis pars inconsumpta reperta est!  
 Admoti quotiens templis, dum vota sacerdos  
 Concepit et fundit purum inter cornua vinum,
- 55 Haud exspectato ceciderunt vulnere tauri!  
 Ipse ego sacra Iovi pro me patriaque tribusque  
 Cum facerem natis, mugitus victima diros  
 Edidit et subito collapsa sine ictibus ullis  
 Exiguo tinxit subiectos sanguine cultros.
- 60 Fibra quoque aegra notas veri monitusque deorum  
 Perdiderat: tristes penetrant ad viscera morbi.  
 Ante sacros vidi proiecta cadavera postes,  
 Ante ipsas, quo mors foret invidiosior, aras.  
 Pars animam laqueo claudunt mortisque timorem
- 65 Morte fugant ultroque vocant venientia fata.  
 Corpora missa neci nullis de more feruntur  
 Funeribus, neque enim capiebant funera portae.  
 Aut inhumata premunt terras, aut dantur in altos

37. *notus* ‚gewohnt‘. — 42. *an* erg. *id mihi animi fuit*, zu *an* vgl. Gramm. § 340, Anm. 1 c. — 47. *templa* ‚den Tempel‘. — *contra* ‚gegenüber‘. — 53. *admoti* verb. mit *tauri*. — 55. *haud exspectato a tauris*. — 59. *exiguo* Unglückszeichen. — *subiectos*, *subter iugulum adactos*. — 63. *invidiosior* ‚abscheulich‘. — 66. *feruntur* = *effervuntur*.

- Indotata rogos. Et iam reverentia nulla est,  
 70 Deque rogis pugnant, alienisque ignibus ardent.  
 Qui lacrimant, desunt; indeflectaeque vagantur  
 Natarum matrumque animae invenumque senumque;  
 Nec locus in tumulos, nec sufficit arbor in ignes.  
 Attonitus dixi miserarum turbine rerum:  
 70 ‚Iuppiter o! nisi te nostri pudet esse parentem:  
 Aut mihi redde meos, aut me quoque conde sepulcro.’  
 Ille notam fulgore dedit tonitruque secundo.  
 ‚Accipio, sintque ista precor felicia mentis  
 Signa tuae’ dixi; ‚quod das mihi, pigneror omen.’
- 80 Forte fuit iuxta patulis rarissima ramis  
 Sacra Iovi quercus de semine Dodonaeo.  
 Hic nos frugilegas aspeximus agmine longo  
 Grande onus exiguo formicas ore gerentes  
 Rugosoque suum servantes cortice callem.
- 85 Dum numerum miror, ‚Totidem, pater optime’, dixi  
 ‚Tu mihi da cives, et inania moenia supple.’  
 Intremuit, ramisque sonum sine flamine motis  
 Alta dedit quercus. Pavido mihi membra timore  
 Horruerant, stabantque comae. Tamen oscula terrae
- 90 Roboribusque dedi; nec me sperare fatebar,  
 Sperabam tamen atque animo mea vota fovebam.  
 Nox subit, et curis exercita corpora somnus  
 Occupat. Ante oculos eadem mihi quercus adesse  
 Et ramos totidem totidemque animalia ramis
- 95 Ferre suis visa est, pariterque tremiscere motu,  
 Graniferumque agmen subiectis spargere in arvis:  
 Crescere quod subito et maius mainsque videri,  
 Ac se tollere humo rectoque assistere trunco,  
 Et maciem numerumque pedum nigrumque colorem
- 100 Ponere, et humanam membris inducere formam.  
 Somnus abit. Damno vigilans mea visa, querorque  
 In superis opis esse nihil. At in aedibus ingens

70. *ardent* Subject? — 71. *vagantur*: die Seelen unbeklagter oder unbegrabener Todten konnten die Styx nicht überschreiten und irrten ruhelos umher. — 79 *quod omen*. — *pigneror* = *id (omen) pro pignore benevolentiae tuae accipio*. — 90. *robore* ‚der Eiche‘. — 92. *corpora* gilt nur von Aeacus. — 97. *crescere* und die folgenden Inf. sind historische. — *quod* = *et id*. — 108. *recto trunco* = *erecto opp. prono* ‚mit aufrechtem Rumpfe‘.



- Murmur erat, vocesque hominum exaudire videbar  
Iam mihi desuetas. Dum suspicor has quoque somni,  
105 Ecce venit Telamon properus; foribusque reclusis  
Speque fideque, pater', dixit, maiora videbis.  
Egredere! Egredior; qualesque in imagine somni  
Visus eram vidisse viros, ex ordine tales  
Aspicio noscoque. Adeunt regemque salutant.  
110 Vota Iovi solvo, populisque recentibus urbem  
Partior et vacuos priscais cultoribus agros,  
Myrmidonasque voco, nec origine nomina fraudo.  
Corpora vidisti. Mores quos ante gerebant,  
Nunc quoque habent, parcumque genus patiensque laborum  
115 Quaesitique tenax et quod quaesita reservet.  
Hi te ad bella pares annis animisque sequentur,  
Cum primum, qui te feliciter attulit, Euris' —  
Eurus enim attulerat — fuerit mutatus in Austros'.

## 16. DAEDALUS UND ICARUS.

- Daedalus interea Creten longumque perosus  
Exsiliium tactusque loci natalis amore,  
Clausus erat pelago. Terras licet' inquit, et undas  
Obstruat: at caelum certe patet, ibimus illae.  
5 Omnia possideat, non possidet aëra Minos'.  
Dixit: et ignotas animum dimittit in artes,  
Naturamque novat. Nam ponit in ordine pennas  
A minima coeptas, longam brevior sequente.  
Tum lino medias et ceris alligat imas,

103. *videbar* = *mihī videbar*. — 104. *somni* (von *somnium*) erg. *esse*. — 109. *adeunt me*. — 112. *nec . . . fraudo* = *nomen impono, quod origini conveniat* (vgl. *μῦθος*). — 116. *pares annis*, weil am selben Tage aus Ameisen entstanden.

16. 1. *Daedalus*, ein mythischer Künstler aus Athen, hatte seinen Schwestersonn Perdrix, der ihm zur Ausbildung übergeben worden war und wegen seiner Fähigkeiten des Meisters Ruhm dereinst zu überstrahlen schien, aus Neid ermordet. Deshalb verurtheilt, entloh er zu Minos, König von Kreta, welchem er das Labyrinth erbaute. Als später Minos ihm nicht gutwillig entliess, entschloss er sich, mittels Flügel sich dem unfreiwilligen Exil zu entziehen. — 7. *novat*, verändert' seine Natur, d. h. seine menschliche in eine vogelähnliche Gestalt.

- 10 Atque ita compositas parvo curvamine flectit,  
Ut veras imitetur aves. Puer Icarus una  
Stabat, et, ignarus sua se tractare pericla,  
Ore residenti modo, quas vaga moverat aura,  
Captabat plumas, flavam modo pollice ceram  
15 Mollibat, lusuque suo mirabile patris  
Impediebat opus. Postquam manus ultima coeptis  
Imposita est, geminas opifex libravit in alas  
Ipse suum corpus, motaque pependit in aura.  
Instruit et natum, 'Medio' que ut limite curras,  
20 Icare', ait, moneo, ne, si demissior ibis,  
Unda gravet pennas, si celsior, ignis adurat.  
Inter utrumque vola. Nec te spectare Booten  
Aut Helicen iubeo, strictumque Orionis ense:  
Me duce carpe viam.' Pariter praecepta volandi  
25 Tradit, et ignotas umeris accommodat alas.  
Inter opus monitusque genae maduere seniles,  
Et patriae tremuere manus. Dedit oscula nato  
Non iterum repetenda suo; pennisque levatus  
Ante volat, comitique timet, velut ales, ab alto  
30 Quae teneram prolem produxit in aëra nido;  
Hortaturque sequi, damnosasque erudit artes,  
Et movet ipse suas et nati respicit alas.  
Hos aliquis, tremula dum captat harundine pisces,  
Aut pastor baculo stivave innixus arator,  
35 Vidit et obstipuit, quique aethera carpere possent,  
Credidit esse deos. Et iam Iunonia laeva  
Parte Samos — fuerant Delosque Parosque relictæ —  
Dextra Lebinthos erat fecundaque melle Calymne:  
Cum puer audaci coepit gaudere volatu,  
40 Deseruitque ducem, caelique cupidine tractus  
Altius egit iter. Rapidī vicinia solis

11. *veras aves* = *veras pennas avium*. — 12. *tractare* 'tändeln'. — 17. *libravit* etc. 'er schwang sich' (vgl. *corpus circumdare*) im Gleichgewicht in die Flügel. — 22 ff. nicht die drei genannten Gestirne, die gewöhnlichen Leitsterne der Schiffer, sollen seine Führer sein; sondern des Vaters Flug. — 29. *ab alto* mit *nido* zu verbinden. — 35. *quique* etc. constr. *et credit esse deos (eos), qui aethera* etc.; zu *aethera carpere* vgl. *viam carpere*. — 36. *Iunonia*: auf Samos wurde Juno besonders verehrt.

- Mollit odoratas, pennarum vincula, ceras.  
 Tabuerant cerae: nudos quatit ille lacertos,  
 Remigioque carens non ulla percipit auras.  
 45 Oraque caerulea, patrium clamantia nomen,  
 Excipiuntur aqua, quae nomen traxit ab illo.  
 At pater infelix, nec iam pater, 'Icare', dixit,  
 'Icare', dixit 'ubi es? qua te regione requiram?'  
 'Icare' dicebat: pennas aspexit in undis.  
 50 Devovitque suas artes, corpusque sepulcro  
 Condidit: et tellus a nomine dicta sepulti.

17. THESEUS MIT SEINEN GEFÄHRTEN DIE GÄSTE DES  
 ACHELOUS.

- Aegides Theseus Tritonidos ibat ad arces.  
 Clausit iter fecitque moras Achelous eunti,  
 Imbre tumens. 'Succede meis', ait 'incline, tectis,'  
 Cecropida, nec te committe rapacibus undis.  
 5 Ferre trabes solidas, obliquaque volvere magno  
 Murmure saxa solent. Vidi contermina ripae  
 Cum gregibus stabula alta trahi, nec fortibus illie  
 Profuit armentis, nec equis velocibus esse.  
 Multa quoque hic torrens, nivibus de monte solutis,  
 10 Corpora turbineo iuvenalia vertice mersit.  
 Tutior est requies, solito dum flumina currant  
 Limite, dum tenues capiat suus alveus undas.  
 Adnuit Aegides 'Utar' que 'Acheloë, domoque  
 Consilioque tuo' respondit; et usus utroque est.  
 15 Pumice multicavo nec levibus atria tophis  
 Structa subit; molli tellus erat umida musco;  
 Summa lacunabant alterno murice conchae.  
 Iamque duas lucis partes Hyperione menso,

44. *remigioque alarum*. — *percipere* 'auffangen'. —  
 52. *tellus insula, Icaria*.

17. 1. *Theseus* ist mit seinen Gefährten (darunter Pirithous  
 und Lelex) nach beendigter Jagd auf den calydonischen Eber auf  
 dem Rückzuge nach Athen (*arces Tritonidos*) begriffen. Die Stücke  
 17 bis 21 bilden ein Ganzes. — 4. *Cecropida*, Voc. — 5. *obli-*  
*qua* 'querlegend'. — 8. *profuit*, die Constr. wie *licet mihi*  
*otioso esse*. — 12. *suus*, (den Wogen) gehörig. — 15. *nec levibus*  
 = *et non levibus*. — 17. *summa atria* 'die Decke'. — 18. *lucis*  
 = *diei*. — *menso* = *emenso*.

- Discubuere toris Theseus comitesque laborum:  
 20 Hac Ixionides, illa Troezenius heros  
 Parte Lelex, raris iam sparsus tempora canis,  
 Quosque alios parili fuerat dignatus honore  
 Amnis Acarnanum, laetissimus hospite tanto.  
 Protinus appositas nudae vestigia nymphae  
 25 Instruxere epulis mensas, dapibusque remotis  
 In gemma posuere merum. Tum maximus heros,  
 Aequora prospiciens oculis subiecta, 'Quis' inquit  
 'Ille locus?' digitoque ostendit, et 'Insula nomen  
 Quod gerat illa, doce — quamquam non una videtur.'

18. ECHINADEN.

- 30 Amnis ad haec 'Non est' inquit 'quod cernimus, unum.  
 Quinque iacent terrae; spatium discrimina fallit.  
 Naïdes hae fuerant; quae cum bis quinque iuvenco  
 Mactassent, rurisque deos ad sacra vocassent,  
 Immemores nostri festas duxere choreas.  
 35 Intumui, quantusque feror, cum plurimus umquam,  
 Tantus eram, pariterque animis immanis et undis  
 A silvis silvas et ab arvis arva revelli.  
 Cumque loco nymphas, memores tum denique nostri,  
 In freta provolvi. Fluctus nosterque marisque  
 40 Continuam diduxit humum, partesque resolvit  
 In totidem, mediis quot cernis Echinadas undis'.

19. PHILEMON UND BAUCIS.

Amnis ab his tacuit. Factum mirabile cunctos  
 Moverat. Irridet credentes, utque deorum  
 Spretor erat mentisque ferox Ixione natus,

20. *Troezenius*, weil er sich in Trözen viel aufhielt; denn  
 eigentlich war er aus *Naryx*. — 21. *raris* 'einzelne'. — *canis*  
 erg. *comis*. — 23. *hospite Theseo*, vgl. 26. — 24. *vestigia* 'Fuss-  
*sohlen'* (Acc. zu *nudas* gehörig; die nackten Füße sind Zeichen der  
 Ehrerbietung. — 26. *gemma* 'Schale von Edelstein'. — 27. *aequora*  
*prospiciens*: vor der Mündung des Achelous ins Meer liegt die  
 Inselgruppe der Echinaden. — 31. *fallit* 'macht unmerklich'. —  
 35. *cum plurimus* (am vollsten) *umquam* erg. *feror*. — 36.  
*animis* 'Zorn'. — 42. *ab his* = *statim ab his* 'gleich darauf'. —  
 43. *irridet*, nicht *amnis* ist Subj.

- 45 ‚Ficta refers, nimiumque putas, Acheloë, potentes  
Esse deos, dixit ‚si dant adimuntque figuras.  
Obstipuere omnes, nec talia dicta probarunt:  
Ante omnesque Lelex, animo maturus et aevo,  
Sic ait: ‚Immensa est, finemque potentia caeli  
50 Non habet, et, quicquid superi voluere, peractum est.  
Quoque minus dubites, tiliae contermina quereus  
Collibus est Phrygiis, modico circumdata muro —  
Ipse locum vidi: nam me Pelopeia Pittheus  
Misit in arva, suo quondam regnata parenti —  
55 Haud procul hinc stagnum est, tellus habitabilis olim,  
Nunc celebres mergis fulicisque palustribus undae.  
Iuppiter huc specie mortali, cumque parente  
Venit Atlantiades positis caducifer alis.  
Mille domos adiere, locum requiemque petentes:  
60 Mille domos clausere serae. Tamen una recepit,  
Parva quidem, stipulis et canna tecta palustri:  
Sed pia Baucis anus parilique aetate Philemon  
Illa sunt annis iuncti iuvenilibus, illa  
Consenuere casa; paupertatemque fatendo  
65 Effecere levem nec iniqua mente ferendo.  
Nec refert, dominos illie, famulosne requiras:  
Tota domus duo sunt, idem parentque iubentque.  
Ergo ubi caelicolae parvos tetigere penates  
Summissoque humiles intrarunt vertice postes,  
70 Membra senexposito iussit relevare sedili,  
Quo superiniecit textum rude sedula Baucis.  
Inde foco tepidum cinerem dimovit, et ignes  
Suscitat hesternos, foliisque et cortice sicco  
Nutrit, et ad flammam anima producit auili;  
75 Multifidasque faces ramaliaque arida tecto  
Detulit et minuit, parvoque admovit aëno.  
Quodque suis coniunx riguo collegerat horto,  
Truncat holus foliis. Furca levat ille bicorni

53. *Pittheus*, König von Troezen, ein Sohn des phrygischen Königs Pelops. — 54. *parenti* = *a parente*. — 65. *nec iniqua mente* ‚und mit Gleichmut‘. — 67. *idem* = *idem*. — 71. *quo* (Adv.), zu beziehen auf *sedili*. — 75. *tecto* ‚Speicher‘. — 77. *quodque* etc. constr. *holusque quod*. — 78. *levat* ‚hebt herunter‘.

- Sordida terga suis, nigro pendentia tigno:  
80 Servatoque diu resecat de tergore partem  
Exiguam, sectamque domat ferventibus undis.  
Interea medias fallunt sermonibus horas,  
Concutiuntque torum de molli fluminis ulva  
Impositum lecto sponda pedibusque salignis.  
85 Vestibus hunc velant, quas non nisi tempore festo  
Sternere consuerant; sed et haec vilisque vetusque  
Vestis erat, lecto non indignanda saligno.  
Accubuere dei. Mensam succincta tremensque  
Ponit anus; mensae sed erat pes tertius impar:  
90 Testa parem fecit. Quae postquam subdita cliyum  
Sustulit, aequatam mentae tersere virentes.  
Ponitur hic bicolor sinceræ baca Minervae,  
Conditaque in liquida corna autumnalia faece,  
Intibaque et radix et lactis massa coacti,  
95 Ovaque non acri leviter versata favilla:  
Omnia fictilibus. Post haec caelatus eodem  
Sistitur argento crater fabricataque fago  
Pocula, qua cava sunt, flaventibus inlita ceris.  
Parva mora est, epulasque foci misere calentes;  
100 Nec longae rursus referuntur vina senectae,  
Dantque locum mensis paulum seducta secundis.  
Hic nux, hic mixta est rugosis carica palmis,  
Prunaeque et in patulis redolentia mala canistris,  
Et de purpureis collectae vitibus uvae.

*sordida nigro* vom Rauch. — 82. *fallunt* ‚verbringen‘ (eig.: machen die Stunden unmerklich verrinnen, vgl. 31). — 83. *de* ‚aus‘, zur Bezeichnung des Stoffes, vgl. 148. — *torum* Polster, *lecto* (Dat.) Lagerstätte, *sponda* das Gestell zu beiden; *salignis* gehört zu *sponda* und *pedibus* (abl. qual.). — 87. *lecto*, Dativ. — 89. *tertius*: die Tische der Wohlhabenden hatten zu Ovids Zeit nur einen Fuss. — 90. *cliyum*, die Neigung des Tisches. — 92. *bicolor* grün und schwarz. — *baca Min. i. e. oliva*. — *sinceræ* jungfräulich. — 93. *condita* ‚eingemacht‘. — 94. *radix* ‚Rettig‘. — *lactis coacti* ‚geronnener Milch‘. — 95. *non acri* ‚nicht zu heissen‘. — 96. *eodem argento*, wie die Thongefässe. — 99. *epulas*, das Hauptgericht (Schweinsrücken mit Kohl). — 100. *nec longae*, statt *et non longae*. — Der Wein wird, um dem Nachttisch (*mensae secundae*) Platz zu machen, wieder vom Tisch fortgenommen (*referuntur*) und ein wenig bei Seite gestellt (*paulum seducta*). — 102. *palmae* ‚Datteln‘. — 104. *purpureis*, von den purpurnen Trauben.

- 105 Candidus in medio favus est. Super omnia vultus  
Accessere boni, nec iners pauperque voluntas.  
Interea totiens haustum cratera repleri  
Sponte sua, per seque vident succrescere vina.  
Attoniti novitate pavent, manibusque supinis
- 110 Concipiunt Baucisque preces timidusque Philemon,  
Et veniam dapibus nullisque paratibus orant.  
Unicus anser erat, minimae custodia villae,  
Quem dis hospitibus domini mactare parabant.  
Ille celer penna tardos aetate fatigat,
- 115 Eluditque diu, tandemque est visus ad ipsos  
Confugisse deos. Superi vetuere necari,  
,Di' que ,sumus, meritasque luet vicinia poenas  
Impia' dixerunt: vobis immunibus huius  
Esse mali dabitur: modo vestra relinquite tecta,
- 120 Ac nostros comitate gradus, et in ardua montis  
Ite simul.' Parent ambo, baculisque levati  
Nituntur longo vestigia ponere clivo.  
Tantum aberant summo, quantum semel ire sagitta  
Missa potest: flexere oculos, et mersa palude
- 125 Cetera prospiciunt, tantum sua tecta manere.  
Dumque ea mirantur, dum deflent fata suorum,  
Illa vetus, dominis etiam casa parva duobus  
Vertitur in templum: furcas subiere columnae,  
Stramina flavescunt, aurataque tecta videntur,
- 130 Caelataeque fores, adopertaque marmore tellus.  
Talia tum placido Saturnius edidit ore:  
,Dicite, iuste senex et femina coniuge iusto  
Digna, quid optetis.' Cum Baucide pauca locutus,  
Iudicium superis aperit commune Philemon:
- 135 .Esse sacerdotes, delubraque vestra tueri  
Poscimus: et quoniam concordēs egimus annos,

107. *haustum* = *exhaustum*. — 111. *nullis paratibus* 'Mangel an Vorkehrungen', vgl. *nullum iniurandum* 'Meineidigkeit'. — 119. *dabitur* vgl. zu *profruit* 8. — 120. *comitate*, dichterisches Activ. — 121. *simul nobiscum*. — 126. *suorum*, Nachbarn. — 127. *dominis duobus*, verbinde mit *parva*. — 128. *subiere*: an die Stelle (der gabelförmigen Dachstützen) traten *columnae*. — 130. *tellus* = *solum*.

- Auferat hora duos eadem: nec coniugis umquam  
Busta meae videam, neu sim tumulandus ab illa.  
Vota fides sequitur: templi tutela fuere,
- 140 Donec vita data est. Annis aevoque soluti  
Ante gradus sacros cum starent forte, locique  
Inciperent casus, frondere Philemona Baucis,  
Baucida conspexit senior frondere Philemon.  
Iamque super geminos crescente cacumine vultus,
- 145 Mutua, dum lieuit, reddebant dicta .Vale' que  
,O coniunx' dixere simul, simul abdita textit  
Ora frutex. Ostendit adhuc Thymbreius illic  
Incola de gemino vicinos corpore truncos.  
Haec mihi non vani — neque erat, cur fallere vellent —
- 150 Narravere senes. Equidem pendentia vidi  
Serta super ramos, ponensque recentia dixi:  
Cura pii dis sunt, et qui coluere, coluntur'.

#### 20. ERYSICHTHON.

- Desierat: cunctosque et res et moverat auctor,  
Thesea praecipue; quem, facta audire volentem
- 155 Mira deum, innixus cubito Calydonius amnis  
Talibus alloquitur: .Sunt, o fortissime, quorum  
Forma semel mota est, et in hoc renovamine mansit.  
Sunt, quibus in plures ius est transire figuras,  
Ut tibi, complexi terram maris incola, Proteu.
- 160 Nam modo te iuvenem, modo te videre leonem;  
Nunc violentus aper, nunc, quem tetigisse timerent,  
Anguis eras; modo te faciebant cornua taurum.  
Saepe lapis poteras, arbor quoque saepe videri;  
Interdum, faciem liquidarum imitatus aquarum,
- 165 Flumen eras, interdum undis contrarius ignis.  
Nec minus Autolyei coniunx, Erysichthone nata,  
Iuris habet. Pater huius erat, qui numina divum  
Sperneret, et nullos aris adoleret honores.

139. *fides* (Treue gegen das Versprechen) 'Erfüllung'. — 142. *incipere aliquid* von etwas beginnen. — 146. *abdita*, proleptisch. — 147. *Thymbrius*, Fluss Phrygiens. — 148. *truncos* = *arbores*. — 161. *tetigisse* aorist. Inf. — 166. *Erysichthone* (Sohn des thessalischen Königs Triopas, vgl. 179 und 196) *nata*, *Mestra*.  
5\*

- Ille etiam Cereale nemus violasse securi  
 170 Dicitur, et lucos ferro temerasse vetustos.  
 Stabat in his ingens annoso robore quercus,  
 Una nemus: vittae mediam memoresque tabellae  
 Sertaque cingebant, voti argumenta potentis.  
 Saepe sub hac dryades festas duxere choreas;  
 175 Saepe etiam manibus nexis ex ordine trunci  
 Circuiere modum, mensuraque roboris ulnas  
 Quinque ter implebat; nec non et cetera tanto  
 Silva sub hac, silva quanto fuit herba sub omni.  
 Non tamen idcirco ferrum Triopeius illa  
 180 Abstinuit, famulosque iubet succidere sacrum  
 Robur: et ut iussos cunctari vidit, ab uno  
 Edidit haec rapta sceleratus verba securi:  
 ‚Non dilecta deae solum, sed et ipsa licebit  
 Sit dea, iam tanget frondente cacumine terram.‘  
 185 Dixit: et obliquos dum telum librat in ictus,  
 Contremuit, gemitumque dedit Deoia quereus;  
 Et pariter frondes, pariter pallescere glandes  
 Coepere, ac longi pallorem ducere rami.  
 Cuius ut in trunco fecit manus impia vulnus,  
 190 Haud aliter fluxit discusso cortice sanguis,  
 Quam solet, ante aras ingens ubi victima taurus  
 Concidit, abrupta cruor e cervice profundi.  
 Obstipuerunt omnes, aliquisque ex omnibus audet  
 Deterrere nefas, saevamque inhibere bipennem.  
 195 Aspexit hunc, ‚Mentis‘ que ‚piae cape praemia!‘ dixit  
 Thessalus, inque virum convertit ab arbore ferrum,  
 Detruncatque caput, repetitaque robora caedit,  
 Redditus e medio sonus est cum robore talis:

171. *robore* ‚Stamm‘. — 172. *memores tabellae*, Gedenk-  
 täfelchen. — 173. *voti potentis* ‚von (wirksamem) erhörtem Ge-  
 lübde‘; eigentlich wird der Mensch selbst erhört oder theilhaftig  
 seines Wunsches, *potens est voti*. — 176. *circuiere modum* erklärt  
 sich aus dem Folgenden. — *ulna* Elle, *3 ulnae* = 1 Klafter. — 177.  
*nec non et* ‚und ebenso auch‘. — *tanto*, Abl. des Masses. — 178.  
*sub hac* = *inferior*. — 181. *ab uno (famulo)* verbinde mit *rapta*  
*securi*. — 183. *dilecta sit*. — 188. *ducere* (an sich ziehen) ‚an-  
 nehmen‘ vgl. *formam ducere*. — 194. *deterrere* ‚abwehren‘. — 197.  
*repetere* (wieder aufsuchen) ‚sich wieder zu etwas wenden‘. — 198.  
 constr. *cum talis sonus e medio robore etc.*

- ‚Nympha sub hoc ego sum Cereri gratissima ligno:  
 200 Quae tibi factorum poenas instare tuorum  
 Vaticinor moriens, nostri solacia leti.‘  
 Persequitur scelus ille suum; labefactaque tandem  
 Ictibus innumeris adductaque funibus arbor  
 Corruit, et multam prostravit pondere silvam.  
 205 Attonitae dryades damne nemorumque suoque,  
 Omnes germanae, Cererem cum vestibus atris  
 Maerentes adeunt, poenamque Erysichthonis orant.  
 Adnuit his, capitisque sui pulcherrima motu  
 Concussit gravidis oneratos messibus agros;  
 210 Molliturque genus poenae miserabile, si non  
 Ille suis esset nulli miserabilis actis,  
 Pestifera lacerare Fame. Quae quatenus ipsi  
 Non adeunda deae est — neque enim Cereremque  
 Famemque  
 Fata coire sinunt — montani numinis unam,  
 215 Talibus agrestem compellat oreada dictis:  
 ‚Est locus extremis Scythiae glacialis in oris,  
 Triste solum, sterilis, sine fruge, sine arbore tellus:  
 Frigus iners illic habitant Pallorque Tremorque  
 Et ieuna Fames. Ea se in praecordia condat  
 220 Sacrilegi scelerata, iube; nec copia rerum  
 Vincat eam, superetque meas certamine vires.  
 Neve viae spatium te terreat, accipe currus,  
 Accipe, quos frenis alte moderere, dracones‘  
 Et dedit. Illa, dato subvecta per aëra curru,  
 225 Devenit in Scythiam, rigidique cacumine montis —  
 Caucason appellant — serpentum colla levavit:  
 Quaesitamque Famem lapidoso vidit in agro,  
 Unguibus et raras vellentem dentibus herbas,  
 Hirtus erat crinis, cava lumina, pallor in ore,  
 230 Labra incana situ, scabrae robigine fauces,  
 Dura cutis, per quam spectari viscera possent;  
 Ossa sub incurvis exstabant arida lumbis,

208. *capitis motu*, vgl. Met. 2, 15 ff. — 210. *moliri* ‚ersinnen‘.  
 — 211. *miserabilis* ‚erbarnungswürdig‘. — 214. *numinis*, collec-  
 tivisch. — 219. *ea Fames*. — 221. *meas*, der Göttin der Früchte.  
 — 224. *subvehi* ‚adffahren‘. — 226. *levavit*, befreite sie vom Ge-  
 schirr. — 230. *situ* ‚Schmutz‘. — *robigine* ‚Fäulnis‘.

- Ventris erat pro ventre locus, genuumque tumebat  
Orbis, et immodico prodibant tubere tali.
- 235 Hanc procul ut vidit — neque enim est accedere iuxta  
Ansa — refert mandata deae; paulumque morata.  
Quamquam aberat longe, quamquam modo venerat illuc,  
Visa tamen sensisse famem; retroque dracones  
Egit in Haemoniam, versis sublimis habenis.
- 240 Dicta Fames Cereris, quamvis contraria semper  
Illius est operi, peragit: perque aëra vento  
Ad iussam delata domum est, et protinus intrat  
Sacilegi thalamos, altoque sopore solutum —  
Noctis erat tempus — geminis amplectitur ulnis:
- 245 Seque viro inspirat, faucesque et pectus et ora  
Adflat, et in vacuis spargit ieiunia venis.  
Functaque mandato fecundum deserit orbem,  
Inque domos inopes, assueta revertitur antra.  
Lenis adhuc somnus placidis Erysichthōna pennis
- 250 Mulcebat. Petit ille dapes sub imagine somni,  
Oraque vana movet, dentemque in dente fatigat,  
Exercetque cibo delusum guttur inani,  
Proque epulis tenues nequiquam devorat auras.  
Ut vero est expulsa quies, furit ardor edendi,
- 255 Perque avidas fauces immensaue viscera regnat.  
Nec mora: quod pontus, quod terra, quod educat aër,  
Poscit; et appositis queritur ieiunia mensis;  
Inque epulas quærit; quodque urbibus esse,  
Quodque satis populo poterat, non sufficit uni,
- 260 Plusque cupit, quo plura suam demittit in alvum.  
Utque fretum recipit de tota flumina terra,  
Nec satiatur aquis peregrinosque ebibit amnes,  
Utque rapax ignis non umquam alimenta recusat,  
Innumerasque trabes cremat, et, quo copia maior
- 265 Est data, plura petit, turbaque voracior ipsa est:  
Sic epulas omnes Erysichthonis ora profani  
Accipiunt poscuntque simul. Cibus omnis in illo

234. *orbis genuum* ‚Kniescheibe‘. — *tumebat*: bei äusserster Magerkeit erscheinen die Gelenke, wo die Knochen breiter sind, viel dicker; dasselbe gilt von *prodibant tubere tali* (Knöchel). — 238. *visa* = *sibi visa est*. — 252. *inani*, geträumt. — 258. *esse*, ergänze *satis*. — 260. *plus* = *eo plus*. — 265. *turba* ‚Masse‘.

- Causa cibi est, semperque locus fit inanis edendo.  
Iamque fame patrias altaque voragine ventris
- 270 Attenuarat opes; sed inattenuata manebat  
Tum quoque dira fames, implacataeque vigebat  
Flamma gulæ. Tandem, demisso in viscera censu,  
Filia restabat, non illo digna parente.  
Hanc quoque vendit inops. Dominum generosa recusat:
- 275 Et vicina suas tendens super aequora palmas,  
‚Eripe me domine miseram, Neptune’ precata est.  
Qui prece non sprete, quamvis modo visa sequenti  
Esset ero, formamque novat, vultumque virilem  
Induit et cultus pisces capientibus aptos.
- 280 Hanc dominus spectans ‚O qui pendentia parvo  
Aera cibo celas, moderator harundinis’, inquit,  
‚Sic mare compositum, sic sit tibi piscis in unda  
Credulus, et nullos, nisi fixus, sentiat hamos:  
Quae modo cum vili turbatis veste capillis
- 285 Litore in hoc steterat — nam stantem in litore vidi —  
Dic ubi sit; neque enim vestigia longius exstant.’  
Illa dei munus bene cedere sensit, et a se  
Se quaeri gaudens, his est resecuta rogantem:  
‚Quisquis es, ignoscas: in nullam lumina partem
- 290 Gurgite ab hoc flexi, studioque operatus inhaesi.  
Quoque minus dubites, sic has deus aequoris artes  
Adiuvet, ut nemo iamdudum litore in isto,  
Me tamen excepto, nec femina constitit ulla.’  
Credidit, et verso dominus pede pressit harenam.
- 295 Elususque abiit. Illi sua reddita forma est.  
Ast ubi habere suam transformia corpora sensit,  
Saepe pater dominis Triopeïda tradit. At illa  
Nunc equa, nunc ales, modo bos, modo cervus abibat;  
Praebatque avido non iusta alimenta parenti.
- 300 Vis tamen illa mali postquam consumpserat omnem

272. *censu* ‚Vermögen‘. — 281. *aera* ‚Angeln‘ von Erz oder Eisen. — 282 u. ff. Sinn: In dem Grade mügest du beim Fischen Glück haben, als du mir wahrhaft sagst, *ubi sit (ea)*, *quae modo cum etc.* — 287. *bene cedere* ‚gelingen‘. — 290. *operatus*, das Partic. Perf. hat hier Präsensbedeutung. — 291. *artes i. e. piscandi*. — 296. *suam filiam*.

Materiam, dederatque gravi nova pabula morbo,  
Ipse suos artus lacero divellere morsu  
Coepit, et infelix minuendo corpus alebat.

## 21. DER ZWEIKAMPF DES HERCULES UND ACHELOUS.

- Quid moror externis? etiam mihi saepe novandi est  
305 Corporis, o iuvenes, numero finita potestas.  
Nam modo, qui nunc sum, videor, modo flector in anguem;  
Armenti modo dux vires in cornua sumo;  
Cornua! dum potui: nunc pars caret altera telo  
Frontis, ut ipse vides.' Gemitus sunt verba secuti.  
310 Quae gemitus truncaequa deo Neptunius heros  
Causa rogat frontis: cum sic Calydonius amnis  
Coepit, inornatos redimitus harundine crines:  
'Triste petis munus; quis enim sua proelia victus  
Commemorare velit? referam tamen ordine. Nec tam  
315 Turpe fuit vinci, quam contendisse decorum est;  
Magnaque dat nobis tantus solacia victor.  
Nomine si qua suo tandem pervenit ad aures  
Dejanira tuas — quondam pulcherrima virgo  
Mulorumque fuit spes invidiosa procorum.  
320 Cum quibus ut soceri domus est intrata petiti,  
'Accipe me generum,' dixi 'Parthaone nate.'  
Dixit et Alcides. Alii cessere duobus.  
Ille Iovem socerum dare se famamque laborum,  
Et superata suae referebat iussa novercae.  
325 Contra ego 'Turpe deum mortali cedere' dixi: —  
Nondum erat ille deus — 'Regem me cernis aquarum  
Cursibus obliquis inter tua regna fluentem.

302. *lacero* (activ) ‚zerreissend‘.

21, 304. *externis*, mit fremden Beispielen von Verwandlungen.  
— 307. *armenti dux, taurus*. — 308. *Cornua!* wehmüthiger Ausruf; denn der im Folgenden erzählte Kampf mit Herkules hat ihm eines seiner Hörner gekostet. — 310. *Nept. heros, Theseus*, der nach einer anderen Sage ein Sohn Neptuns war — constr. *heros rogat, quae causa (sit) deo gemitus truncaequa frontis*. — 320. *intrata a me*. — 321. *Parthaone nate*, Oeneus, König von Kalydon. — 322. *alii = ceteri*. — 324. *novercae Iunonis*: auf ihr Geheiß hatte Eurystheus dem Herk. die Arbeiten (*labores*) auferlegt, (vgl. 323 und 331).

- Nec gener externis hospes tibi missus ab oris,  
Sed popularis ero et rerum pars una tuarum.  
330 Tantum ne noceat, quod me nec regia Iuno  
Odit et omnis abest iussorum poena laborum.  
Talia dicentem iamdudum lumine torvo  
Spectat, et accensae non fortiter imperat irae,  
Verbaque tot reddit: ‚Melior mihi dextera lingua.  
335 Dummodo pugnando superem, tu vince loquendo‘  
Congrediturque ferox. Pudit modo magna locutum  
Cedere. Reieci viridem de corpore vestem,  
Bracchiaque opposui tenuique a pectore varas  
In statione manus, et pugnae membra paravi.  
340 Ille cavis hausto spargit me pulvere palmis,  
Inque vicem fulvae tactu flavescit harenae.  
Et modo cervicem, modo crura micantia captat,  
Aut captare putes, omnique a parte lacessit.  
Me mea defendit gravitas; frustra que petebar,  
345 Haud secus ac moles, magno quam murmure fluctus  
Oppugnant: manet illa, suoque est pondere tuta.  
Digredimur paulum, rursusque ad bella coimus,  
Inque gradu stetimus, certi non cedere; eratque  
Cum pede pes iunctus, totoque ego pectore pronus  
350 Et digitos digitis et frontem fronte premebam.  
Non aliter vidi fortes concurrere tauros,  
Cum pretium pugnae toto nitidissima saltu  
Expetitur coniunx; spectant armenta paventque  
Nescia, quem maneat tanti victoria regni.  
355 Ter sine profectu voluit nitentia contra  
Reicere Alcides a se mea pectora; quarto

329. *rerum tuarum = regni tui*. — 330. *tantum ne*, dass nur nicht etwa (spöttisch). — 331. *poena*: weil er im Wahnsinn seine Kinder getödtet hatte, waren ihm die Arbeiten auferlegt worden. — 333. *non fortiter imperat*: als ein Held hätte er seinen Zorn beherrschen sollen. — 336. *locutum me*. — 337. *viridem*, Haar und Kleidung der Wassergottheiten wird oft grün dargestellt. — 339. *in statione* in Kämpferstellung. — 340. u. 341. Die mit Oel gesalbten nackten Ringer bewarfen sich gegenseitig mit Staub, um den Gegner besser fassen zu können. — 342. *micantia* ‚blitzschnelle‘. — 348. *gradu* ‚Kämpferstellung‘. — 354. *victoria*, die Ersiegung, d. i. ‚der Gewinn‘.

- Executit amplexus, adductaque bracchia solvit:  
Impulsumque manu — certum est mihi vera fateri —  
Protinus avertit, tergoque onerosus inhaesit.  
360 Siqua fides, — neque enim ficta mihi gloria voce  
Quaeritur — imposito pressus mihi monte videbar.  
Vix tamen inserui sudore fluentia multo  
Bracchia, vix solvi duros a pectore nexus.  
Instat anhelanti, prohibetque resumere vires,  
365 Et cervice mea potitur. Tum denique tellus  
Pressa genu nostro est, et harenas ore momordi.  
Inferior virtute, meas divertor ad artes,  
Elaborque viro, longum formatus in anguem.  
Qui postquam flexos sinuavi corpus in orbes,  
370 Cumque fero movi linguam stridore bisulcam,  
Risit et illudens nostras Tirynthius artes  
Cunarum labor est angues superare mearum,  
Dixit, et ut vincas alios, Acheloë, dracones,  
Pars quota Lernaeae serpens eris unus echidnae?  
375 Vulneribus fecunda suis erat illa, nec ullum  
De centum numero caput est impune recisum,  
Quin gemino cervix herede valentior esset.  
Hanc ego, ramosam natis e caede colubris  
Crescentemque malo, domui domitamque perussi.  
380 Quid fore te credas, falsum qui versus in anguem  
Arma aliena moves? quem forma precaria celat?  
Dixerat: et summo digitorum vincula collo  
Inicit. Angebar, ceu guttura forcipe pressus;  
Pollicibusque meas pugnabam evellere fauces.  
385 Sic quoque devicto restabat tertia tauri

357. *adducta* an des Gegners Leib. — 359. *avertit*: Herk. gibt dem Achelous einen Stoss (*impulsum manu*), so dass dieser ihm den Rücken kehren muss; vgl. *vulnere aversa*. — 360. *siqua fides* Betheuerungsformel (für die Worte *imposito . . . videbar*). — 162. *inserui*: Achel. sucht seine Hände zwischen die Brust und die diese umklammert haltenden Hände des Gegners zu bringen. — 369. *qui postquam*, nachdem ich als diese (Schlange). — 371. *Tirynthius* Herkules. — 373. *ut*, concessiv. — 376. *centum capitum*. — 377. *gemino herede*: an die Stelle eines abgehauenen Kopfes wuchsen gleich zwei neue. — 380. *te* Abl.; *quid te futurum est?* was wird aus dir werden? vgl. Gramm. § 232, A. 1.

- Forma trucidis; tauro mutatus membra rebello.  
Induit ille toris a laeva parte lacertos,  
Admissumque trahens sequitur, depressaque dura  
Cornua figit humo; meque alta sternit harena.  
390 Nec satis hoc fuerat: rigidum fera dextera cornu  
Dum tenet, infregit truncaque a fronte revellit.  
Naïdes hoc, pomis et odoro flore repletum,  
Sacrarunt, divesque meo Bona Copia cornu est.

- Dixerat, et nymphe ritu succincta Dianae,  
395 Una ministrarum, fuis utrimque capillis,  
Incessit, totumque tulit praedivite cornu  
Autumnum et mensas, felicia poma, secundas.  
Lux subit; et, primo feriente cacumina sole,  
Discedunt iuvenes; neque enim, dum flumina pacem  
400 Et placidos habeant lapsus, totaque residant  
Opperiuntur aquae. Vultus Achelous agrestes  
Et lacerum cornu mediis caput abdidit undis.

## 22. HERCULES TÖDTET DEN NESSUS.

- Alcides repetens patrios cum coniuge muros  
Venerat Eueni rapidas love natus ad undas.  
Uberior solito, nimbis hiemalibus auctus,  
Verticibusque frequens erat atque impervius amnis.  
5 Intrepidum pro se, curam de coniuge agentem  
Nessus adit, membrisque valens scitusque vadorum,  
'Officio' que meo ripa sistetur in illa  
Haec' ait, Alcide: tu viribus utere nando:  
Pallentemque metu, fluviumque ipsumque timentem  
10 Tradidit Aonius pavidam Calydonida Nesso.  
Mox, ut erat, pharetraque gravis spolioque leonis —

386. *tauro* (Abl. instr.) *mutatus* in einen Stier verwandelt'. — 387. *toris*, Wampen'. — 388. *admissum*, vgl. *equum admittere* einem Pferde die Zügel schiessen lassen', daher *admissus* fortstürmend. — *trahens*, 'zerrend'. — 391. *trunca*, proleptisch. — 393. *sacrarunt Bonae Copiae* der Göttin des Ueberflusses. — 397. *autumnum* Herbstsegen'. — *felicia* 'edle'. — 399. u. ff. constr. *neque enim opperiuntur, dum . . . aquae*.

22. 6. *Nessus*, Centaur. — 10. *Aonius* — *Boeotius*: Herkules war in Theben geboren. — *Calydonida* = *Deianiram*.



- Nam clavam et curvos trans ripam miserat arcus —  
 ,Quandoquidem coepi, superentur flumina' dixit,  
 Nec dubitat nec, qua sit clementissimus amnis,  
 15 Quaerit, et obsequio deferri spernit aquarum.  
 Iamque tenens ripam, missos cum tolleret arcus,  
 Coniugis agnovit vocem: Nessoque paranti  
 Fallere depositum ,Quo te fiducia' clamat  
 ,Vana pedum, violente, rapit? tibi, Nesse biformis,  
 20 Dicimus, exaudi, nec res intercipe nostras.  
 Haud tamen effugies, quamvis ope fidis equina.  
 Vulnere, non pedibus te consequar.' Ultima dicta  
 Re probat, et missa fugientia terga sagitta  
 Traicit. Exstabat ferrum de pectore aduncum.  
 25 Quod simul evulsum est, sanguis per utrumque foramen  
 Emicuit, mixtus Lernaei tabe veneni.  
 Excipit hunc Nessus ,neque enim moriemur inulti,'  
 Secum ait; et calido velamina tincta errore  
 Dat munus raptae, velut irritamen amoris.

## 23. ORPHEUS UND EURYDICE.

- Inde per immensum croceo velatus amictu  
 Aethera digreditur, Ciconumque Hymenaeus ad oras  
 Tendit, et Orphea nequiquam voce vocatur.  
 Adfuit ille quidem; sed nec sollemnia verba,  
 5 Nec laetos vultus, nec felix attulit omen.  
 Fax quoque, quam tennit, lacrimoso stridula fumo  
 Usque fuit, nullosque invenit motibus ignes.

12. *mittere* ,werfen'. — 13. *coepi*, erg. *flumina superare* mit Anspielung auf den Flussgott Achelous, den er eben im Kampfe besiegt hat; vgl. Nr. 21. — 15. *obsequio aquarum*, unter Nachgiebigkeit gegen die Strömung ,mit der Strömung'. — 18. *fallere depositum* ,um das Anvertraute betrügen'. — 25. *utrumque* im Rücken und in der Brust. — 26. *Lernaei* etc. die Pfeile waren mit dem Blute der lernäischen Schlange vergiftet. — 27. *hunc sanguinem*. — *neque*: que verbindet *excipit* mit *ait* (= *et, non*).

23. 1. *Inde* von einer Hochzeit auf Creta. — *croceo*, als festlicher Farbe, welche auch der Schleier der Braut beim Hochzeitszuge hatte. — 4. *sollemnia verba* ,Weihegesänge'. — 6 *fax*: weil der Hochzeitszug von Fackeln begleitet wurde, erscheint auch der Gott der Hochzeit auf Abbildungen mit einer brennenden Fackel in der Hand.

- Exitus auspicio gravior; nam nupta per herbas  
 Dum nova Naiadum turba comitata vagatur,  
 10 Occidit, in talum serpentis dente recepto.  
 Quam satis ad superas postquam Rhodopeius auras  
 Deflevit vates, ne non temptaret et umbras,  
 Ad Styga Taenaria est ausus descendere porta:  
 Perque leves populos simulacraque functa sepulcro  
 15 Persephonen adiit, inamoenaque regna tenentem  
 Umbrarum dominum; pulsisque ad carmina nervis  
 Sic ait: ,O positi sub terra numina mundi,  
 In quem recidimus, quicquid mortale creamur:  
 Si licet et, falsi positis ambagibus oris,  
 20 Vera loqui sinitis, non huc, ut opaca viderem  
 Tartara, descendi; nec uti villosa colubris  
 Terna Medusaei vincirem guttura monstri.  
 Causa viae coniunx, in quam calcata venenum  
 Vipera diffudit, crescentesque abstulit annos.  
 25 Posse pati volui, nec me temptasse negabo.  
 Vicit Amor. Supera deus hic bene notus in ora est;  
 An sit et hic, dubito; sed et hic tamen auguror esse.  
 Famaque si veteris non est mentita rapinae,  
 Vos quoque innoxit amor. Per ego haec loca plena timoris,  
 30 Per Chaos hoc ingens vastique silentia regni,  
 Eurydice, oro, properata retexite fata.  
 Omnia debentur vobis, paulumque morati  
 Serius aut citius sedem properamus ad unam.  
 Tendimus huc omnes, haec est domus ultima, vosque  
 35 Humani generis longissima regna tenetis;  
 Haec quoque, cum iustos matura peregerit annos,  
 Iuris erit vestri. Pro munere poscimus usum.

9. *Naiadum*: Eurydice war auch eine Naiade. — 11. *ad superas auras* ,zum Himmel empor'. — 12. *Taenaria porta*: am Gebirge Tānarus in Laconien war ein Eingang in die Unterwelt. — 14. *leves*, weil die Schatten körperlos. — *functa sepulcro* statt *functorum sepulcro* ,der Begrabenen'; die Unbegrabenen gelangten nicht über die Styx. — 18. *quicquid* ,alles was unter uns' vgl. Gramm. § 216, Z. 4. — 19. *oris* ,Mundes', Rede. — 22. *Medusaei monstri* d. i. *Cerberi*, des Sohnes der Echidna, die eine Tochter der Medusa ist; es wird auf Herkules' Heraufführung des Cerberus zur Oberwelt angespielt. — 24. *crescentes* ,blühend'. — 27. *dubito* — *incertus sum*. — 37. *iuris* (Gen. poss.) ,Macht'. — *pro als*. — *usum* ,Niessbrauch'.

- Quod si fata negant veniam pro coniuge, certum est  
Nolle redire mihi: leto gaudete duorum.
- 40 Talia dicentem nervosque ad verba moventem  
Exsanguis flebant animae; nec Tantalus undam  
Captavit refugam, stupuitque Ixionis orbis,  
Nec carpere iecur volucres, urnisque vacarunt  
Belides, inque tuo sedisti, Sisypho, saxo.
- 45 Tunc primum lacrimis victarum carmine fama est  
Eumenidum maduisse genas. Nec regia coniunx  
Sustinet oranti, nec qui regit ima, negare:  
Eurydicenque vocant. Umbras erat illa recentes  
Inter, et incessit passu de vulnere tardo.
- 50 Hanc simul et legem Rhodopeus accipit heros,  
Ne flectat retro sua lumina, donec Avernas  
Exierit valles; aut irrita dona futura.  
Carpitur acclivis per muta silentia trames,  
Arduus, obscurus, caligine densus opaca.
- 55 Nec procul afuerunt telluris margine summae.  
Hic, ne deficeret, metuens, avidusque videndi  
Flexit amans oculos; et protinus illa relapsa est;  
Bracchiaque intendens prendique et prendere captans  
Nil nisi cedentes infelix arripit auras.
- 60 Iamque iterum moriens non est de coniuge quicquam  
Quaestus suo — quid enim nisi se quereretur amatam? —  
Supremumque vale, quod iam vix auribus ille  
Acciperet, dixit, revolutaque rursus eodem est.  
Non aliter stupuit gemina nece coniugis Orpheus,
- 65 Quam tria qui timidus, medio portante catenas,  
Colla canis vidit; quem non pavor ante reliquit,  
Quam natura prior, saxo per corpus oborto.

42. *orbis*: das sonst unaufhörlich sich umdrehende Rad, auf welches Ixion geflochten ist. — 43. *iecur Tityi*. — 44. *Belides* = *Danaides*. — 48. verb. *inter umbras*. — 49. *de wegen*. — 51. *Avernas*, unterweltlich; beim See Avernus war auch ein Eingang zur Unterwelt. — 56. *hic*, Adv. — *deficeret*, 'ermatte'. — 63. *quod acciperet*, so (entfernt), dass er es kaum noch vernehmen konnte. — 63. *eodem*, woher sie gekommen. — 65. constr. *quam qui timidus* (*territus*) *tria colla canis* (*Cerberi*), *medio collo* etc.; der Vergleich bezieht sich darauf, dass einer beim Anblick des (vielleicht von Herkules) aus der Unterwelt heraufgebrachten Cerberus vor Schrecken zu Stein geworden.

- Orantem frustra que iterum transire volentem  
Portitor arcuerat. Septem tamen ille diebus
- 70 Squalidus in ripa Cereris sine munere sedit.  
Cura dolorque animi lacrimaeque alimenta fuere.  
Esse deos Erebi crudeles questus, in altam  
Se recipit Rhodopen pulsumque aquilonibus Haemum.

## 24. CYPARISSUS.

- Arva sacer nymphis Carthea tenentibus ingens  
Corpore cervus erat, lateque patentibus altas  
Ipsae suo capiti praebebat cornibus umbras.  
Cornua fulgebant auro, demissaque in armos
- 5 Pendebant tereti gemmata monilia collo.  
Bulla super frontem parvis argentea loris  
Vincta movebatur, parilique ex aere nitebant  
Auribus e geminis circum cava tempora bacae.  
Isque, meta vacuus naturalique pavore
- 10 Deposito, celebrare domos, mulcendaque colla  
Quamlibet ignotis manibus praebere solebat.  
Sed tamen ante alios, Caeae pulcherrime gentis,  
Gratus erat, Cyparisse, tibi. Tu pabula cervum  
Ad nova, tu liquidi ducebas fontis ad undam:
- 15 Tu modo texebas varios per cornua flores,  
Nunc eques in tergo residens huc laetus et illuc  
Mollia purpureis frenabas ora capistris.  
Aestus erat mediusque dies, solisque vapore  
Concava litorei fervebant bracchia Caneri.
- 20 Fessus in herbosa posuit sua corpora terra  
Cervus, et arborea frigus ducebat ab umbra.

69. *portitor*, Charon. — 70. *in ripa Stygis*.  
24. 4. *auro fulgebant*, durch Vergoldung, wie die angehängten Zieraten beweisen. — 4. *demissa pendebant* = *dependebant*. — 5. *gemmae*, von Edelsteinen strahlend. — 6. *bulla*, Kapsel, von Kindern als Amulet und Schmuck getragen. — 8. *baeae*, hohle Kugeln. — 17. *mollia ora*, opp. der Hartmüdigkeit anderer Zaumthiere. — 19. *concava bracchia*, die (nach innen) gebogenen Beeren; *litorei*: das Adj. ist vom wirklichen Krebse auf das Sternbild übertragen; die Zeit der Begebenheit wird hiermit in den Anfang des Sommers gesetzt, wo die Sonne in das Zeichen des Krebses tritt. — 21. *ducere*, 'einnehmen'.

- Hunc puer imprudens iaculo Cyparissus acuto  
 Exit: et ut saevo morientem vulnere vidit,  
 Velle mori statuit. Quae non solacia Phoebus  
 25 Dixit et, ut leviter pro materiaque doleret,  
 Admonuit! Gemit ille tamen, munusque supremum  
 Hoc petit a superis, ut tempore luceat omni.  
 Iamque, per immensos egesto sanguine fetus,  
 In viridem verti coeperunt membra colorem,  
 30 Et modo qui nivea pendebant fronte capilli,  
 Horrida caesaries fieri, sumptoque rigore  
 Sidereum gracili spectare cacumine caelum.  
 Ingemuit tristisque deus 'Lugebere nobis,  
 Lugebisque alios, aderisque dolentibus' inquit.

## 25. HYACINTHUS.

- Ver hiemem quotiens, Hyacinthe, repellit aquosam,  
 Tu totiens oreris viridique in caespite flores.  
 Te meus ante omnes genitor dilexit, et orbe  
 In medio positi caruerunt praeside Delphi,  
 5 Dum deus Eurotan immunitamque frequentat  
 Sparten; nec citharae, nec sunt in honore sagittae.  
 Immemor ipse sui non retia ferre recusat,  
 Non tenuisse canes, non per iuga montis iniqui  
 Isse comes, longaque alit adsuetudine flammam.  
 10 Iamque fere medius Titan venientis et actae  
 Noctis erat, spatioque pari distabat utrimque:  
 Corpora veste levant, et suco pinguis olivi  
 Splendescunt, latique ineunt certamina disci.  
 Quem prius aërias libratum Phoebus in auras  
 15 Misit, et oppositas disiecit pondere nubes.

24. *Phoebus*, dessen Liebling der Jüngling war. — 25. *pro materia* ‚dem Gegenstande gemäss‘. — 28. *egesto* syn. *exhausto*. — 34. *aderis dolentibus*: abgesehen von der den alten und modernen Völkern gleichen Bedeutung der Cypresse, legten jene noch Zweige an das Haus, wo ein Todter lag, und um den Scheiterhaufen. 25. Der Mythos von Hyacinthus, dem Sohne des Spartaners Oebalus (vgl. 19 Taenarides) wird dem Orpheus, dem Sohne Apollos (*genitor meus* ?) in den Mund gelegt. — 11. *noctis*, abhängig von *medius*, — *utrimque* i. e. *aveniente et acta nocte*. — 13. *splendescunt*: vor den gymnastischen Uebungen salbte man sich mit Oel.

- Reccidit in solidam longo post tempore terram  
 Pondus, et exhibuit iunctam cum viribus artem.  
 Protinus imprudens actusque cupidine ludi  
 Tollere Taenarides orbem properabat; at illum  
 20 Dura repercussum subiecit in aëra tellus  
 In vultus, Hyacinthe, tuos. Expalluit aequae,  
 Quam puer, ipse deus, collapsosque excipit artus,  
 Et modo te refovet, modo tristia vulnera siccant,  
 Nunc animam admotis fugientem sustinet herbis.  
 25 Nil prosunt artes: erat immedicabile vulnus.  
 Ut si quis violas riguove papaver in horto,  
 Liliaque infringat fulvis haerentia virgis,  
 Marcida demittant subito caput illa gravatum,  
 Nec se sustineant, spectentque cacumine terram:  
 30 Sic vultus moriens iacet, et defecta vigore  
 Ipsa sibi est oneri cervix umeroque recumbit.  
 ‚Laberis, Oealide, prima fraudate inventa,  
 Phoebus ait, videoque tuum, mea crimina, vulnus.  
 Tu dolor es facinusque meum; mea dextera leto  
 35 Inscribenda tuo est: ego sum tibi funeris auctor.  
 Quae mea culpa tamen? nisi si lusisse vocari  
 Culpa potest, nisi culpa potest et amasse vocari.  
 Atque utinam pro te vitam tecumve liceret  
 Reddere! Quod quoniam fatali lege tenemur,  
 40 Semper eris mecum, memorique haerebis in ore.  
 Te lyra pulsa manu, te carmina nostra sonabunt:  
 Flosque novus scripto gemitus imitabere nostros.  
 Tempus et illud erit, quo se fortissimus heros  
 Addat in hunc florem, folioque legatur eodem.’

19. *orbem* ‚Wurfscheibe‘ (wegen der kreisförmigen Gestalt). — 20. *subiecit* ‚warf in die Höhe‘ — ordne: *illum in aëra repercussum*. — 24. *herbis* ‚Heilkräuter‘, wie v. 25. *artes* ‚Heilkunst‘, deren Gott eben Apollo ist. — 26. *riguove*, *ve* gehört zu *papaver*. — 34. *mea . . . tuo est*, Sinn: meine Hand muss als Ursache deines Todes bezeichnet werden (also = *ego sum . . . auctor*). — 39. *Quod quoniam* vgl. *quodsi* im Anfange des Satzes. — *fatali lege*, wodurch der eine unsterblich, der andere sterblich ist. — 42. *scripto*, dasselbe was unten *littera*; *imitabere* ‚nachbilden‘, vgl. 51 u. 52. — 43. *heros* geht auf Ajax, aus dessen Blute nach dem Selbstmorde dieselbe Blume entspross. — 44. *in florem se addere* ‚sich verwandeln in‘ (vgl. *manus in vincula addere*). — *folio* etc. vgl. 51 u. 52.

- 45 Talia dum vero memorantur Apollinis ore,  
 Ecce eruo, qui fusus humo signaverat herbam,  
 Desinit esse cruor, Tyrioque nitentior ostro  
 Flos oritur, formamque capit, quam lilia, si non  
 Purpureus color his, argenteus esset in illis.
- 50 Non satis hoc Phoebo est — is enim fuit auctor honoris —  
 Ipse suos gemitus foliis inscribit, et AI AI  
 Flos habet inscriptum, funestaque littera ducta est.  
 Nec genuisse pudet Sparten Hyacinthon, honorque  
 Durat in hoc aevi, celebrandaque more priorum
- 55 Annua praelata redeunt Hyacinthia pompa.

## 26. MIDAS.

- I. Cum peteret Pactolonque et vineta Timoli,  
 Bacchum assueta cohors, satyri bacchaeque, frequentant.  
 At Silenus abest. Titubantem annisque meroque  
 Ruricolae cepere Phryges, vinctumque coronis
- 5 Ad regem duxere Midan, cui Thracius Orpheus  
 Orgia tradiderat cum Cecropio Eumolpo.  
 Qui simul agnovit socium comitemque sacrorum,  
 Hospitis adventu festum genialiter egit  
 Per bis quinque dies et iunctas ordine noctes.
- 10 Et iam stellarum sublime coegerat agmen  
 Lucifer undecimus, Lydos cum laetus in agros  
 Rex venit, et iuveni Silenum reddit alumno.  
 Huic deus optandi gratum, sed inutile, fecit

45. *vero ore*, denn seine Weissagungen bewähren sich. —  
 48. *quam lilia* erg. *capivnt*. — 49. *his* auf die neue Blume (blaue  
 Schwertlilie) zu beziehen, *illis* auf *lilia*, vgl. Gramm. § 265. A. 3. —  
 51. *AI, AI*, Klageruf der Griechen (*vae* wehe) und Anfangsbuchstaben  
 des Namens des Ajax. — 52. *ducta* vgl. *sulcum*, *fossam*, *lineam*  
*ducere*. — 54. *hoc* (Acc.) *aevi* wie *multum cibi*. — *priorum* =  
*maiorum*. — 55. *Hyacinthia*, jährliches Fest der Spartaner —  
*pompa*, 'Festzug', wobei die Götterbilder unter anderem vorgetragen  
 wurden (*praelata*).

26. 3. *Silenus*, der Erzieher des Bacchus, vgl. v. 12. — 6.  
*orgia*, Bacchuscult. — *Cecropio* = *Atheniensi*; zum Hiatus vgl.  
 Gramm. Verslehre § 6. — *Eumolpus* war Schüler des Orpheus, Stifter  
 der Eleusinischen Mysterien. — 7. *simul* = *simul ac*. — 9. *ordine*  
 'hintereinander'. — 10. *coegerat agmen* (vgl. Nr. 5, 107) d. i. der  
 Morgen war angebrochen.

- Muneris arbitrium, gaudens altore recepto.
- 15 Ille, male usus donis, ait 'Effice, quicquid  
 Corpore contigero, fulvum vertatur in aurum.  
 Adnuat optatis, nocituraque munera solvit  
 Liber, et indoluit, quod non meliora petisset.  
 Laetus abit, gaudetque malo Berecynthius heros,
- 20 Pollicitique fidem tangendo singula temptat.  
 Vixque sibi credens, non alta fronde virenti  
 Illice detrahit virgam: virga aurea facta est.  
 Tollit humo saxum: saxum quoque palluit auro.  
 Contigit et glebam: contactu gleba potenti
- 25 Massa fit. Arentis Cereris decerpsit aristas:  
 Aurea messis erat. Demptum tenet arbore pomum:  
 Hesperidas donasse putes. Si postibus altis  
 Admovit digitos, postes radiare videntur.  
 Ille etiam liquidis palmas ubi laverat undis,
- 30 Unda fluens palmis Danaën eludere posset.  
 Vix spes ipse suas animo capit, aurea fingens  
 Omnia. Gaudenti mensas posuere ministri  
 Exstructas dapibus, nec tostae frugis egentes.  
 Tum vero, sive ille sua Cerealia dextra
- 35 Munera contigerat, Cerealia dona rigeant:  
 Sive dapes avido convellere dente parabat,  
 Lamina fulva dapes, admoto dente, premebat.  
 Miscuerat puris auctorem muneris undis:  
 Fusile per rictus aurum fluitare videres.
- 40 Attonitus novitate mali, divesque miserque,  
 Effugere optat opes, et, quae modo voverat, odit.  
 Copia nulla famem relevat; sitis arida guttur  
 Urit, et invisio meritis torquetur ab auro;  
 Ad caelumque manus et splendida bracchia tollens
- 45 'Da veniam, Lenae pater! peccavimus,' inquit,  
 'Sed miserere, precor, speciosoque eripe damno.'

15. *effice* mit blosser Conj. = *ut vertatur* — 17. *solvit*, 'zahlt'.  
 — 19. *Berecynthius* (Midas) als Sohn der Cybele. — 20. *polli-*  
*citi*, Subst. — 21. *non alta* verb. mit *illice*. — 25. *massa*, Gold-  
 klumpen. — 30. *palmis* = *e palmis*. — 31. *fingens animo*. — 33.  
*tostae frugis*, 'Brod'; in ältester Zeit wurde das Getreide zuerst  
 gedörrt, bevor es zerstoßen wurde. — 38. *auctorem muneris* =  
*Bacchum* = *vinum*.

- Mitis restituit Bacchus peccasse fatentem,  
 Neve male optato maneat circumlitus auro,  
 Vade' ait ad magnis vicinum Sardibus amnem,  
 50 Perque ingum montis labentibus obuius undis  
 Carpe viam, donec venias ad fluminis ortus.  
 Spumigeroque tuum fonti, qua plurimus exit,  
 Subde caput, corpusque simul, simul elue crimen.  
 Rex iussae succedit aquae. Vis aurea tinxit  
 55 Flumen, et humano de corpore cessit in amnem.  
 Nunc quoque, iam veteris percepto semine venae,  
 Arva rigent auro madidis pallentia glebis.

- II. Ille, perosus opes, silvas et rura colebat  
 Panaque montanis habitantem semper in antris.  
 60 Pingue sed ingenium mansit, nocituraque, ut ante,  
 Rursus erant domino stolidae praecordia mentis.  
 Nam, freta prospiciens late, riget arduus alto  
 Tmolus in ascensu, elivoque extensus utroque  
 Sardibus hinc, illinc parvis finitur Hypaepis.  
 65 Pan ibi dum teneris iactat sua carmina nymphis  
 Et leve cerata modulatur harundine carmen,  
 Ausus Apollineos prae se contemnere cantus,  
 Indice sub Tmolo certamen venit ad impar.  
 Monte suo senior index consedit, et aures  
 70 Liberat arboribus; quereu coma caerula tantum  
 Cingitur, et pendent circum cava tempora glandes.  
 Isque deum pecoris spectans, In iudice' dixit  
 'Nulla mora est'. Calamis agrestibus insonat ille,  
 Barbaricoque Midan — aderat nam forte canenti —

52. *plurimus* 'am vollsten'. — 54. *amnem*, *Pactolon*. — 56. *vena*, die von Midas dem Flusse mitgetheilte Goldader. — 58. *colebat* hat bei *Pana* übertragene Bedeutung. — 60. *pingue* 'dumm'. — 61. *praecordia* (Zwerchfell) *mentis*, Sitz des Geistes, 'Geist'. — 62. *riget* ff. Während der Gipfel des Tmolus steil aufsteigt, sind die beiden Abhänge (*elivus uterque*) nach Sardes u. Hypaepa hin ausgedehnt. — 66. *harundine* 'Hirtenflöte', deren einzelne Rohre mit Wachs verbunden sind (*cerata*). — 68. *Tmolus*, hier Berggott. — 69. *senior* 'Greis'. — 70. *arboribus*, die eigentlich nicht dem Haupte des Tmolus als Gott, sondern als Berg zukommen; vgl. die Schiffbekrängung der Flussgötter z. B. Nr. 21, 312 — *coma caerula*: die Berghäupter erscheinen in der Ferne bläulich. — 74. *barbarico* als phrygischer Hirtengott.

- 75 Carmine delent. Post hunc sacer ora retorsit  
 Tmolus ad os Phoebi, vultum sua silva secuta est.  
 Ille, caput flavum lauro Parnaside vinctus,  
 Verrit humum Tyrio saturata murice palla;  
 Instructamque fidem gemmis et dentibus Indis  
 80 Sustinet a laeva; tenuit manus altera plectrum.  
 Artificis status ipse fuit. Tum stamina docto  
 Pollice sollicitat; quorum dulcedine captus  
 Pana iubet Tmolus citharae summittere cannas.  
 Iudicium sanctique placet sententia montis  
 85 Omnibus. Arguitur tamen, atque iniusta vocatur  
 Unius sermone Midae. Nec Delius aures  
 Humanam stolidas patitur retinere figuram;  
 Sed trahit in spatium, villisque albetibus implet,  
 Instabilesque imas facit et dat posse moveri.  
 90 Cetera sunt hominis, partem damnatur in unam,  
 Induiturque aures lente gradientis aselli.  
 Ille quidem celat, turpique onerata pudore  
 Tempora purpureis temptat velare tiaris.  
 Sed solitus longos ferro resecare capillos  
 95 Viderat hoc famulus. Qui, cum nec prodere visum  
 Dedecus auderet, cupiens efferre sub auras,  
 Nec posset reticere tamen, secedit humumque  
 Effodit, et, domini quales adspexerit aures,  
 Voce refert parva, terraeque immurmurat haustae;  
 100 Indicumque suae vocis tellure regesta  
 Obruit, et scrobibus tacitus discedit opertis.  
 Creber harundinibus tremulis ibi surgere lucus  
 Coepit, et, ut primum pleno maturuit anno,  
 Prodidit agricolam; leni nam motus ab austro  
 105 Obruta verba refert, dominique coarguit aures.

78. *palla*, das Gewand der Kitharöden nach Apollos Vorbild, vgl. Schlegels Arion. — 79. *fidem* 'Cithar'. — *dentibus Indis*, d. i. mit Elfenbein. — 80. *a laeva parte*. — 82. *stamina sollicitat* 'schlägt die Saiten'. — 83. *summittere* 'unterordnen'. — 84. *sanctique*: *que* verbindet *iudicium* mit *sententia*. — 88. *in spatium* 'in die Weite und Länge'. — 90. *partem in unam* 'nach der einen Seite hin' vgl. *in utramque partem disserere*. — 92. *pudore*, Ursache der Scham, 'Schimpf'. — 94. *tiara*, haubenartige Kopfbedeckung, die man mit breiten Bändern unter dem Kinn festband. — 99. *haustae* = *effossae*. — 100. *regesta in scrobem*. — 104. *agricolam* 'den Sämann'.

## 27. CEYX UND ALCYONE.

- Alyone interea tantorum ignara malorum  
 Dinumerat noctes, et iam, quas induat ille,  
 Festinat vestes, iam quas, ubi venerit ille,  
 Ipsa gerat, reditusque sibi promittit inanes.
- 5 Omnibus illa quidem superis pia tura ferebat;  
 Ante tamen cunctos Iunonis templa colebat,  
 Proque viro, qui nullus erat, veniebat ad aras,  
 Utque foret sospes coniunx suus utque rediret,  
 Optabat, nullamque sibi praeferret. At illi
- 10 Hoc de tot votis poterat contingere solum.  
 At dea non ultra pro functo morte rogari  
 Sustinet; utque manus funestas arceat aris,  
 'Iri, meae' dixit, fidissima nuntia vocis,  
 Vise soporiferam Somni velociter aulam,
- 15 Exstinctique iube Ceycis imagine mittat  
 Somnia ad Alcyonen, veros narrantia casus.  
 Dixerat. Induitur velamina mille colorum  
 Iris, et arcuato caelum curvamine signans  
 Tecta petit iussi sub nube latentia regis.
- 20 Est prope Cimmerios longo spelunca recessu,  
 Mons cavus, ignavi domus et penetralia Somni;  
 Quo numquam radiis oriens mediusve cadensve  
 Phoebus adire potest. Nebulae caligine mixtae  
 Exhalantur humo, dubiaeque crepuscula lucis.
- 25 Non vigil ales ibi cristati cantibus oris

27, 1. *interea*: Ceyx, König von Trachin, der trotz der Abmahnungen seiner Gattin Alcyone eine Seereise zum Orakel des Apollo in Claros unternommen, war mit dem Schiffe untergegangen. — 6. *Iunonis*, als Göttin der Ehe. — 10. *hoc*, der letzte ihrer Wünsche. — 12. *funestas manus*, 'die unreinen Hände'. Solange jemand im Hause, an unserer Stelle auch in der Fremde, einen unbegrabenen Todten hatte, galt er und das Haus als unrein und durfte erst den Göttern nahen nach der Bestattung des Todten und der üblichen Reinigung. — 15. *Ceycis imagine* (Abl. qual.) *i. e. somnia, quae imaginem Ceycis simulent*, vgl. Gramm. § 215, A. 2, d. — 18. *arcuato*, dreisilbig, vgl. Gramm. Verslehre § 6, A. 2, 4. — 19. *regis somniorum*. — 24. *exhalantur* ist zeugnatisch auch bei *crepuscula* Prädicat.

- Evocat Auroram, nec voce silentia rumpunt  
 Sollicitive canes canibusve sagacior anser.  
 Non fera, non pecudes, non moti flamine rami,  
 Humanaeve sonum reddunt convicia linguae:
- 30 Muta quies habitat. Saxo tamen exit ab imo  
 Rivus aquae Lethes, per quem cum murmure labens  
 Invitat somnos crepitantibus unda lapillis.  
 Ante fores antri fecunda papavera florent  
 Innumeraeque herbae, quarum de lacte soporem
- 35 Nox legit et spargit per opacas umida terras.  
 Ianna, ne verso stridores cardine reddat,  
 Nulla domo tota, custos in limine nullus.  
 At medio torus est, ebena sublimis in antro,  
 Plumeus, unicolor, pullo velamine tectus;
- 40 Quo cubat ipse deus membris languore solutis.  
 Hunc circa passim varias imitantia formas  
 Somnia vana iacent totidem, quot messis aristas,  
 Silva gerit frondes, eiectas litus harenas.  
 Quo simul intravit, manibusque obstantia virgo
- 45 Somnia dimovit, vestis fulgore reluxit  
 Sacra domus; tardaue deus gravitate iacentes  
 Vix oculos tollens, iterumque iterumque relabens,  
 Summaque percutiens nutanti pectora mento,  
 Excussit tandem sibi se; cubitoque levatus.
- 50 Quid veniat, — cognovit enim — scitatur. At illa:  
 'Somne, quies rerum, placidissime, Somne, deorum,  
 Pax animi, quem cura fugit, qui corpora, duris  
 Fessa ministeriis, mulces reparasque labori!  
 Somnia, quae veras aequant imitamine formas,
- 55 Herculea Trachine iube sub imagine regis  
 Alcyonen adeant, simulacraque naufraga fingant.  
 Imperat hoc Iuno.' Postquam mandata peregit,  
 Iris abit; neque enim ulterius tolerare vaporis  
 Vim poterat, labique ut somnum sensit in artus,
- 60 Effugit, et remeat, per quos modo venerat arcus.

38. *torus*, 'Polster'. — *ebena*, d. i. das Gestell aus Ebenholz, vgl. 9, 92. — 39. *pullus*, 'schwärzlich'. — 50. *Quid*, 'weshalb'. — 51. wiederholte Nennung des Namens weckt Halbschlafende vollends. — 55. *Herculea* heisst Trachin, weil sich Herkules dort zuletzt aufhielt. — 58. *vapor*, 'Duff', vgl. 33. ff.

- At pater e populo natorum mille suorum  
 Excitat artificem simulatoremque figurae  
 Morphea. Non illo iussos sollertius alter  
 Exprimit incessus vultumque sonumque loquendi;  
 65 Adicit et vestes et consuetissima cuique  
 Verba. Sed hic solos homines imitatur; at alter  
 Fit fera, fit volucris, fit longo corpore serpens.  
 Hunc Icelon superi, mortale Phobetora vulgus  
 Nominat. Est etiam diversae tertius artis  
 70 Phantasos. Ille in humum saxumque undamque trabemque  
 Quaeque vacant anima, fallaciter omnia transit.  
 Regibus hic ducibusque suos ostendere vultus  
 Nocte solet, populos alii plebemque pererrant.  
 Praeterit hos senior, cunctisque e fratribus unum  
 75 Morphea, qui peragat Thaumantidos edita, Somnus  
 Eligit; et rursus molli languore solutus  
 Deposuitque caput, stratoque recondidit alto.  
 Ille volat, nullos strepitus facientibus alis,  
 Per tenebras, intraque morae breve tempus in urbem  
 80 Pervenit Haemoniam, positisque e corpore pennis  
 In faciem Ceycis abit; sumptaque figura  
 Luridus, exanimi similis, sine vestibus ullis,  
 Coniugis ante torum miserae stetit. Uda videtur  
 Barba viri, madidisque gravis fluere unda capillis.  
 85 Tum lecto incumbens, fletu super ora refuso,  
 Haec ait: „Agnoscis Ceyca, miserrima coniunx?  
 An mea mutata est facies nece? respice! nosces,  
 Inveniesque tuo pro coniuge coniugis umbram.  
 Nil opis, Aleyone, nobis tua vota tulerunt.  
 90 Occidimus: falso tibi me promittere noli.  
 Nubilus Aegaeo deprendit in aequore navim  
 Auster, et ingenti iactatam flamine solvit;  
 Oraque nostra, tuum frustra clamantia nomen,  
 Implerunt fluctus. Non haec tibi nuntiat auctor  
 95 Ambiguus, non ista vagis rumoribus audis:  
 Ipse ego fata tibi praesens mea naufragus edo.

62. *artif. sim. figurae*, die etymologische Erklärung und Uebersetzung von *Μορφέος* (*μορφή*). — 68. *εικλος* — *φοβήτωρ*. — 70. *φαντάζω* ‚ich berücke‘. — 74. *senior* ‚Greis‘ verb. mit *somnus*. — 75. *edita mandata*. — 80. *urbem Haem.*, i. e. *Trachina*. — 90. vgl. v. 4.

- Surge, age, da lacrimas lugubriaque indue, nec me  
 Indeploratum sub inania Tartara mitte.  
 Adicit his vocem Morpheus, quam coniugis illa  
 100 Crederet esse sui. Fletus quoque fundere veros  
 Visus erat, gestumque manus Ceycis habebat.  
 Ingemit Aleyone, lacrimas movet atque lacertos  
 Per somnum, corpusque petens amplectitur auras,  
 Exclamatque ‚Mane! Quo te rapis? ibimus una.‘  
 105 Voce sua specieque viri turbata soporem  
 Executit; et primo si sit circumspicit illic,  
 Qui modo visus erat; nam moti voce ministri  
 Intulerant lumen. Postquam non invenit usquam,  
 Percutit ora manu, laniatque a pectore vestes,  
 110 Pectoraque ipsa ferit. Nec crines solvere curat;  
 Scindit, et altrici, quae luctus causa, roganti  
 ‚Nulla est Aleyone, nulla est‘ ait; occidit una  
 Cum Ceyce suo. Solantia tollite verba.  
 Naufragus interiit. Vidi agnovique, manusque  
 115 Ad discedentem, cupiens retinere, tetendi.  
 Umbra fuit; sed et umbra tamen manifesta, virique  
 Vera mei. Non ille quidem, si quaeris, habebat  
 Assuetos vultus, nec, quo prius ore, nitebat:  
 Pallentem nudumque et adhuc umentē capillo  
 120 Infelix vidi. Stetit hoc miserabilis ipso  
 Ecce loco’ — et quaerit, vestigia si qua supersint.  
 ‚Hoc erat, hoc, animo quod divinante timebam,  
 Et ne, me fugiens, ventos sequerere rogabam.  
 At certe vellem, quoniam periturus abibas,  
 125 Me quoque duxisses. Fuit hoc, fuit utile, tecum  
 Ire mihi. Neque enim de vitae tempore quicquam  
 Non simul egissem, nec mors discreta fuisset.  
 Nunc absens perii, iactor quoque fluctibus absens;  
 Et sine me me pontus habet. Crudelior ipso  
 130 Sit mihi mens pelago, si vitam ducere nitar

97. *lugubria* ‚Trauerkleider‘. — 98. *inania* heisst der Tartarus als Aufenthalt der Schatten. — 102. *movet* bei *lacrimas* in übertragener Bedeutung = *effundit*. — 106. *illic* verb. mit *si sit*; *si* ‚ob‘, ebenso v. 121, vgl. Gramm. § 330 c). — 111. *quae* erg. *sit*. — 124. *vellem* . . . *duxisses*, vgl. Gramm. § 309, A. 1. — 127. *simul i. e. tecum*. — 130. *ducere*, vgl. *tempus, bellum ducere, trahere*.

- Longius, et tanto pugnem superesse dolori.  
Sed neque pugnabo, nec te, miserande, relinquam;  
Et tibi nunc saltem veniam comes, inque sepulcro,  
Si non urna, tamen iunget nos littera; si non  
135 Ossibus ossa meis, at nomen nomine tangam.  
Plura dolor prohibet, verboque intervenit omni  
Plangor, et attonito gemitus e corde trahuntur.  
Mane erat: egreditur tectis ad litus, et illum  
Maesta locum repetit, de quo spectarat euntem.  
140 Dumque moratur ibi, dumque ‚Hic retinacula solvit,  
Hoc mihi discedens dedit oscula litore‘ dicit,  
Prosperit; in liquida, spatio distante, tuetur  
Nescio quid quasi corpus aqua, primoque, quid illud  
Esset, erat dubium. Postquam paulum appulit unda,  
145 Et, quamvis aberat, corpus tamen esse liquebat;  
Qui foret, ignorans, quia naufragus, omine mota est:  
Et, tamquam ignoto lacrimam daret, ‚Heu! miser,‘ inquit,  
‚Quisquis es, et si qua est coniunx tibi!‘ Fluctibus actum  
Fit propius corpus. Quod quo magis illa tuetur,  
150 Hoc minus et minus est mentis. Iam iamque propinqua  
Admotum terrae, iam quod cognoscere posset,  
Cernit: erat coniunx. ‚Ille est!‘ exclamat, et una  
Ora comas vestem lacerat, tendensque trementes  
Ad Ceyca manus ‚Sic, o carissime coniunx,  
155 Sic ad me, miserande, redis?‘ ait. Adiacet undis  
Facta manu moles, quae primas aequoris iras  
Frangit, et incursus quae praedelassat aquarum.  
Insilit huc; mirumque fuit potuisse; volabat:  
Percutiensque levem modo natis aëra pennis,  
160 Stringebat summas ales miserabilis undas.  
Dumque volat, maesto similem plenumque querelae  
Ora dedere sonum tenui crepitantia rostro.

134. *littera* ‚Grabschrift‘. — 146. *quia* erg. *erat*. — *igno-*  
*rans*, partic. concess. — *omine*: dass die Leiche eines Schiff-  
brüchigen vor ihr erscheint, gilt ihr als eine üble Vorbedeutung. —  
148. *et si* etc. erg. *et misera coniunx, si qua tibi est*. — 150. *hoc*  
*minus* etc. *i. e. hoc* (= *eo*) *minus mentis* (Bewusstsein) *ei est*.  
— 151. *iam quod i. e. iam admotum ita, ut* etc. — 156.  
*manu* opp. *natura*. — 158. *potuisse* erg. *eam id*. — 161. *maesto*  
*sono*. — 162. Der Schnabel des Eisvogels (*alcyon* oder *alcedo*) ist  
für dessen Grösse unverhältnissmässig lang und schmal.

- Ut vero tetigit mutum et sine sanguine corpus,  
Dilectos artus amplexa recentibus alis,  
165 Frigida nequiquam duro dedit oscula rostro.  
Senserit hoc Ceyx, an vultum motibus undae  
Tollere sit visus, populus dubitabat; at ille  
Senserat. Et tandem, superis miserantibus, ambo  
Alite mutantur. Fatis obnoxius isdem  
170 Tunc quoque mansit amor, nec coniugiale solutum  
Foedus in alitibus. Coeunt, fiuntque parentes:  
Perque dies placidos hiberno tempore septem  
Incubat Alcyone pendentibus aequore nidis.  
Tum via tuta maris; ventos custodit et arcet  
175 Aeolus egressu, praestatque nepotibus aequor.

## 28. FAMA.

- Orbe locus medio est inter terrasque fretumque  
Caelestesque plagas, triplicis confinia mundi;  
Unde, quod est usquam, quamvis regionibus absit,  
Inspicitur, penetratque cavas vox omnis ad aures.  
5 Fama tenet, summaque domum sibi legit in arce;  
Innumerosque aditus ac mille foramina tectis  
Addidit, et nullis inclusit limina portis.  
Nocte dieque patet. Tota est ex aere sonanti:  
Tota fremit, vocesque refert, iteratque, quod audit.  
10 Nulla quies intus, nullaque silentia parte.  
Nec tamen est clamor, sed parvae murmura vocis,  
Qualia de pelagi, si quis procul audiat, undis  
Esse solent, qualemve sonum, cum Iuppiter atras  
Increpuit nubes, extrema tonitrua reddunt.

169. *fatis* . . . *isdem*: diess war nur möglich durch die  
Vorwandlung beider in dieselben Wesen. — 171. *coeunt* ‚sie paaren  
sich‘. — 173. *pendentibus aequore*: eigentlich an den Klippen des  
Meeres, von wo die Nester oft herabgespült werden, was den Glauben  
der Alten veranlasste, dass sie auf der Meeresfläche selbst lägen.  
— 175. *praestare* ‚sicherstellen‘. — *nepotibus*: Alcyone war eine  
Tochter des Aeolus.

28. 1. *orbe* ‚Weltraum‘, wie 24 u. 25 ergibt. — 8. *patet*  
*domus*.



- 15 Atria turba tenet: veniunt, leve vulgus, euntque  
 Mixtaque cum veris passim commenta vagantur  
 Milia Rumorum, confusaque verba volutant.  
 E quibus hi vacuas implent sermonibus aures,  
 Hi narrata ferunt alio, mensuraque ficti
- 20 Crescit, et auditis aliquid novus adicit auctor.  
 Illic Credulitas, illic temerarius Error,  
 Vanaque Laetitia est, consternatique Timores,  
 Seditioque recens, dubioque auctore Susurri.  
 Ipsa, quid in caelo rerum pelagoque geratur
- 25 Et tellure, videt, totumque inquiri in orbem.

## 29. KAMPF DES ACHILLES UND CYCNUS.

- Exhortatus equos, currum direxit Achilles  
 In Cyenum, ac manibus quassans vibrantia tela,  
 ‚Quisquis es, o iuvenis,‘ dixit ‚solamen habeto  
 Mortis, ab Haemonio quod sis iugulatus Achille.‘
- 5 Hactenus Aeacides. Vocem gravis hasta secuta est.  
 Sed quamquam certa nullus fuit error in hasta,  
 Nil tamen emissi profecit acumine ferri.  
 Utque hebeti pectus tantummodo contudit ictu.  
 ‚Nate dea, nam te fama praenovimus,‘ inquit
- 10 Ille ‚quid a nobis vulnus miraris abesse?‘ —  
 Mirabatur enim — ‚Non haec, quam cernis, equinis  
 Fulva iubis cassis, neque onus, cava parma, sinistrae  
 Auxilio mihi sunt, decor est quaesitus ab istis.  
 Mars quoque ob hoc capere arma solet. Removebitur huius
- 15 Tegminis officium: tamen indistrictus abibo.  
 Est aliquid, non esse satum Nereide, sed qui  
 Nereaque et natas et totum temperet aequor.‘  
 Dixit, et haesurum clipei curvamine telum

15. *turba* (dienende Boten), vgl. die Clientenschaar im Atrium des vornehmen römischen Hauses. — 15. u. 16. constr.: *commenta milia Rumorum, leve vulgus, veniunt euntque vaganturque mixta cum veris* etc. — 20. *auctor* ‚Erzähler‘. — 23. *dubio auctore*, Abl. qual. — 25. *inquiri in* ‚forscht über‘.

29. 16. *sed* ergänze *eo (satum esse)*; des Cyenus Vater war Neptun, des Achilles Mutter die Nereide Thetis.

- Misit in Aeaciden, quod et aes et proxima rupit
- 20 Terga novena boum, decimo tamen orbe moratum est.  
 Executit hoc heros, rursusque trementia forti  
 Tela manu torsit; rursus sine vulnere corpus  
 Sincerumque fuit; nec tertia cuspis apertum  
 Et se praebentem valuit destringere Cyenum.
- 25 Haud secus exarsit, quam circo taurus aperto,  
 Cum sua terribili petit irritamina cornu,  
 Poeniceas vestes, elusaque vulnera sensit.  
 Num tamen exciderit ferrum, considerat, hastae:  
 Haerebat ligno. ‚Manus est mea debilis ergo,  
 30 Quasque‘ ait ‚ante habuit vires, effudit in uno?  
 Hic quoque tot caesis, quorum per litus acervos  
 Et feci et video, valuit mea dextra valetque.‘  
 Dixit et, ante actis veluti male crederet, hastam  
 Misit in adversum Lycia de plebe Menoeten:
- 35 Loricamque simul subiectaque pectora rupit.  
 Quo plangente gravem moribundo vertice terram,  
 Extrahit illud idem calido de vulnere telum,  
 Atque ait: ‚Haec manus est, haec, qua modo vicimus, hasta.  
 Utar in hoc isdem; sit in hoc, precor, exitus idem.‘
- 40 Sic fatur Cyenumque petit, nec fraxinus errat,  
 Inque umero sonuit non evitata sinistro.  
 Inde velut muro solidaque a caute repulsa est.  
 Qua tamen ictus erat, signatum sanguine Cyenum  
 Viderat, et frustra fuerat gavisus Achilles.
- 45 Vulnus erat nullum; sanguis erat ille Menoetae.  
 Tum vero praiceps curru fremebundus ab alto  
 Desilit, et nitido securum comminus hostem  
 Ense petens parmam gladio galeamque cavari  
 Cernit, at in duro laedi quoque corpore ferrum.
- 50 Haud tulit ulterius, clipeoque adversa reducto  
 Ter quater ora viri et capulo cava tempora pulsat;  
 Cedentique sequens instat turbatque ruitque

20. *orbe*, die kreisförmige Stierhaut, deren 10 beim Schilde übereinandergelegt waren; die letzte Lage bildete eine Erzplatte. — 24. *praebentem telis*. — 27. *elusa (esse)*: *eludere* ‚ausweichen‘. — 36. *gravem* ‚hart‘. — 39. *in hoc Cyeno*. — 42. *a*: die Pröp. gehört auch zu *muro*. — 50. *reducto*, um desto kräftiger zu schlagen, vgl. *dextra reducta hastam mittere*.

- Attonitoque negat requiem. Pavor occupat illum;  
Ante oculosque natant tenebrae; retroque ferenti  
55 Aversos passus medio lapis obstitit arvo.  
Quem super impulsus resupino pectore Cycnum  
Vi multa vertit, terraeque adfixit Achilles.  
Tum clipeo genibusque premens praecordia duris,  
Vincla trahit galeae: quae presso subdita mento  
60 Elidunt fauces, et respiramen iterque  
Eripiunt animae. Victum spoliare parabat —  
Arma relicta videt: corpus deus aequoris albam  
Contulit in volucem, cuius modo nomen habebat.

## 30. TOD DES ACHILLES.

- Iam tractum fere erat duo per quinquennia bellum,  
Cum deus, aequoreas qui cuspidem temperat undas,  
Talibus intonsum compellat Sminthea dictis:  
,O mihi de fratris longe gratissime natis,  
5 Irrita qui mecum posuisti moenia Troiae,  
Ecquid, ubi has iam iam casuras aspicias arces,  
Ingemis? aut ecquid tot defendentia muros  
Milia caesa doles? ecquid, ne persequar omnes,  
Hectoris umbra subit circum sua Pergama tracti?  
10 Cum tamen ille ferox belloque eruentior ipso  
Vivit adhuc, operis nostri populator, Achilles.  
Det mihi se: faxo, triplici quid cuspidem possim,  
Sentiat. At quoniam concurrere comminus hosti  
Non datur, occulta necopinum perde sagitta!  
15 Adnuit, atque animo pariter patruoque  
Delius indulgens nebula velatus in agmen  
Pervenit Iliacum, mediaque in caede virorum

56. quem super = super quem; impulsus, gestossen' verb. mit Cycnum, der rücklings gehend zu denken ist. — 59. vincla, 'Helmband'. — 60. elidere fauces, 'die Kehle zuschnüren'. — 63. contulit i. e. convertit.

30. 3. intonsum, am Haupthaare. — 5. irrita, erklärt sich aus v. 6. casuras arces. — Neptun baute mit Apollo die Mauern im Dienste des trojanischen Königs Laomedon. — 8. omnes i. e. Troes caesos. — 9. subit animum tuum. — 11. operis cf. 5. — 12. det, 'er stelle'. — faxo, altertümlich = fecero: das fut. II. zur Bezeichnung der raschen Vellendung in der Zukunft. — 13. sentiat, von faxo abhängig, statt ut sentiat. vgl. Nr. 26, 15. — 15. patruo, Adj.

- Rara per ignotos spargentem cernit Achivos  
Tela Parin: fassusque deum, 'Quid spicula perdis  
20 Sanguine plebis?' ait, 'si qua est tibi cura tuorum,  
Vertere in Aeaciden, caesosque ulciscere fratres!  
Dixit, et ostendens sternentem Troica ferro  
Corpora Peliden, arcus obvertit in illum,  
Certaque letifera direxit spicula dextra.  
25 Quod Priamus gaudere senex post Hectora posset,  
Hoc fuit. Ille igitur tantorum victor, Achille,  
Vinceris a timido Graiae raptore maritae!  
At si femineo fuerat tibi Marte cadendum,  
Thermodontiaca malles cecidisse bipenni.

## 31. TOD DES AIAX.

- Iam timer ille Phrygum, decus et tutela Pelasgi  
Nominis, Aeacides, caput insuperabile bello,  
Arserat — armarat deus idem, idemque cremarat —  
Iam cinis est, et de tam magno restat Achille  
5 Nescio quid, parvam quod non bene compleat urnam:  
At vivit, totum quae gloria compleat orbem.  
Ipse etiam, ut, cuius fuerit, cognoscere possis,  
Bella movet clipeus, deque armis arma feruntur.  
Non ea Tydides, non audet Oileos Ajax,  
10 Non minor Atrides, non bello maior et aevo  
Pescere, non alii; soli Telamone creato  
Laërteque fuit tantae fiducia laudis.  
A se Tantalides onus invidiamque removit,  
Argolicosque duces mediis considerare castris  
15 Iussit, et arbitrium litis traiecit in omnes.  
Ajax succubuit: tum, quid facundia posset,

19. deum erg. se esse. — 25. quod, Rel. zu hoc 26. — 29. Thermodontiaca bipenni: am Thermodon, Fluss in Pontus, wohnten die Amazonen, welche den Trojanern zu Hilfe gezogen unter der Königin Penthesilea, die Achill tödtete.

31. 3. armarat: Vulcan hatte ihm die Waffen geschmiedet. — 6. vivit, Subj. ist gloria. — 8. Der Schild als Hauptstück der Rüstung für die ganze Rüstung. — arma feruntur zu den Waffen greift man; eigentlich ist es nur ein Wortkampf zwischen Ajax und Ulixes über ihre Verdienste um die Griechen. — 9. Oileos erg. filius. — 10. maior Atrides. — 11. creato (Dat.) ist auch bei Laërte zu ergänzen — 13. Tantalides, Agamemnon.

- Re patuit, fortisque viri tulit arma disertus?  
 Hectora qui solus, qui ferrum ignesque Iovemque  
 Sustinuit totiens, unam non sustinet iram;  
 20 Invictumque virum vincit dolor. Arripit ensem  
 Et ‚Meus hic certe est. An et hunc sibi poscit Ulixes?  
 Hoc' ait ‚utendum est in me mihi; quique cruore  
 Saepe Phrygum maduit, domini nunc caede madebit,  
 Ne quisquam Aiace[m] possit superare, nisi Ajax'.  
 25 Dixit, et in pectus tum demum vulnera passum,  
 Qua patuit ferrum, letalem condidit ensem.  
 Nec valuere manus infixum educere telum;  
 Expulit ipse cruor; rubefactaque sanguine tellus  
 Purpureum viridi genuit de caespite florem,  
 30 Qui prius Oebalio fuerat de vulnere natus.  
 Littera communis mediis pueroque viroque  
 Inscripta est foliis, haec nominis, illa querelae.

## 32. HECUBA.

- Ilion ardebat, neque adhuc consederat ignis,  
 Exiguumque senis Priami Iovis ara cruorem  
 Combiberat. Tractata comis antistita Phoebi  
 Non profecturas tendebat ad aethera palmas.  
 5 Dardanidas matres patriorum signa deorum,  
 Dum licet, amplexas, succensaque templa tenentes  
 Invidiosa trahunt victores praemia Graii.  
 Mittitur Astyanax illis de turribus, unde  
 Pugnantem pro se proavitaque regna tuentem  
 10 Saepe videre patrem, monstratum a matre, solebat.  
 Iamque viam suadet boreas, flatuque secundo  
 Carbasa mota sonant: iubet uti navita ventis.

17. *re ‚Erfolg'.* — 18. *ignesque Iovemque:* die Troer drangen einmal bis ins griechische Schiffslager und hätten beinahe die Flotte verbrannt; Juppiter unterstützte sie damals, wie auch sonst oft. — 26. *qua patuit ferrum* ‚soweit der Stahl reichte'. — 30. *Oebalio de vulnere i. e.* des spartanischen Jünglings Hyacinthus. — 31. *littera*, Schriftzug *Ai Ai!* welcher bei Ajax (*viro*) auf den Namen deutet, bei Hyacinthus (*puero*) auf Apolls Wehklagen (*querela*) um dessen Tod, vgl. Nr. 25, 51 u. 52.

32, 2. *ara*, am Hausaltar wurde er von dem Sohne des Achill, Neoptolemus, getödtet. — 3. *antistita*, Cassandra.

- ‚Troia, vale! Rapimur' clamant, dant oscula terrae  
 Troades, et patriae fumantia tecta relinquunt.  
 15 Ultima conscendit classem, miserabile visu,  
 In mediis Hecabe natorum inventa sepuleris.  
 Prensantem tumulos, atque ossibus oscula dantem  
 Dulichiae traxere manus. Tamen unius hausit,  
 Inque sinu cineres secum tulit Hectoris haustos.  
 20 Hectoris in tumulo canum de vertice crinem,  
 Inferias inopes, crinem lacrimasque reliquit.  
 Est, ubi Troia fuit, Phrygiae contraria tellus,  
 Bistonii habitata viris. Polymestoris illic  
 Regia dives erat, cui te commisit alendum  
 25 Clam, Polydore, pater, Phrygiisque removit ab armis:  
 Consilium sapiens, sceleris nisi praemia magnas  
 Adiecisset opes, animi irritamen avari.  
 Ut cecidit fortuna Phrygum, capit impius ensem  
 Rex Thracum, iuguloque sui defigit alumni:  
 30 Et tamquam tolli cum corpore crimina possent,  
 Exanimem e scopulo subiectas misit in undas.  
 Litore Threicio classem religarat Atrides,  
 Dum mare pacatum, dum ventus amior esset.  
 Hic subito rupta exit humo similisque minanti  
 35 Temporis illius vultum referebat Achilles,  
 Quo ferus iniusto petiit Agamemnona ferro:  
 ‚Immemores' que ‚mei disceditis' inquit ‚Achivi?  
 Obrutaque est mecum virtutis gratia nostrae?  
 Ne facite! utque meum non sit sine honore sepulcrum,  
 40 Placet Achilleos mactata Polyxena manes.'  
 Dixit: et, immiti sociis parentibus umbrae,  
 Rapta sinu matris, quam iam prope sola fovebat,

18. *Dulichiae i. e. Ulixis*, zu dessen Reiche die Insel Dulichium gehörte. — *hausit* = *effodit*; *unius* verb. mit *Hectoris cineres*. — 25. *pater Priamus*. — *Phrygiis ab armis* d. i. aus den Gefahren des trojanischen Krieges. — 26. *sceleris i. e. caedis Polydori*. — 34. *exit*: die Griechen hatten dem Achill auf der thracischen Küste an der Ankerstelle (vgl. v. 44.) ein Kenotaphion errichtet. — 35. *referabat* ‚zeigte wieder'. — 36. *quo tempore*. — *iniusto*, weil gegen den Oberfeldherrn; es wird angespielt auf den Streit wegen der Briseis, welche jener dem Achill wegnahm. — 40. *placet von placere*. — 41. *parentibus von parere*.

- Fortis et infelix et plus quam femina virgo  
 Ducitur ad tumulum, diroque fit hostia busto.
- 45 Quae memor ipsa sui, postquam crudelibus aris  
 Admota est, sensitque sibi fera sacra parari,  
 Utque Neoptolemum stantem ferrumque tenentem  
 Inque suo vidit figentem lumina vultu,  
 'Utere iamdudum generoso sanguine' dixit:
- 50 'Nulla mora est. At tu iugulo vel pectore telum  
 Conde meo!' iugulumque simul pectusque retexit.  
 'Scilicet haud ulli servire Polyxena ferrem?  
 Mors tantum vellem matrem mea fallere posset.  
 Mater obest, minuitque necis mihi gaudia; quamvis
- 55 Non mea mors illi, verum sua vita tremenda est.  
 Vos modo, ne Stygios adeam non libera manes,  
 Ite procul, si iusta peto; tactuque viriles  
 Virgineo removete manus. Acceptior illi,  
 Quisquis is est, quem caede mea placare paratis.
- 60 Liber erit sanguis. Si quos tamen ultima nostri  
 Verba movent oris, Priami vos filia regis,  
 Non captiva rogat: genetrici corpus inemptum  
 Reddite; neve auro redimat ius triste sepulcri,  
 Sed lacrimis! Tunc, cum poterat, redimebat et auro.'
- 65 Dixerat. At populus lacrimas, quas illa tenebat,  
 Non tenet. Ipse etiam flens invitatusque sacerdos  
 Praebita coniecto rupit praecordia ferro.  
 Illa, super terram defecto poplite labens,  
 Pertulit intrepidus ad fata novissima vultus.
- 70 Tunc quoque cura fuit partes velare tegendas,  
 Cum caderet, castique decus servare pudoris.  
 Troades excipiunt, deploratosque recensent

43. *plus quam femina* ist drittes Attribut zu *virgo*. —  
 45. *sui* d. i. wer sie war, vgl. 60 bis 62. — 47. N. bringt das Opfer  
 dar als nächster Angehöriger. — 50. *nulla mora est* = *ego non*  
*moror*. — *at tu* vgl. 56 bis 58. — 52. *scilicet* 'wahrlich'. — 53.  
*vellem*, vgl. Gramm. §. 309, Anm. 1. — 56. *vos*, Opfertiener des  
 Opferpriesters, die sie halten wollen. — 62. *non captiva*: durch  
 den Beschluss, sie dem Achill zu opfern, gehört sie schon nicht mehr  
 als Gefangene dem, der sie als Beuteantheil erhielt, und der Tod  
 macht sie vollends frei. — 64. So erkaufte Priamus die Leiche Hectors  
 von Achill. — 69. *pertulit* 'bewahrte'. — 72. *excipiunt sc. corpus*.

- Priamidas, et quid dederit domus una cruoris,  
 Teque gemunt, virgo, teque, o modo regia coniunx,
- 75 Regia dicta parens, Asiae florentis imago,  
 Nunc etiam praedae mala sors, quam victor Ulixes  
 Esse suam nollet, nisi quod tamen Hectora partu  
 Ediderat; dominum matri vix repperit Hector.  
 Quae corpus complexa animae tam fortis inane,
- 80 Quas totiens patriae dederat natisque viroque,  
 Huic quoque dat lacrimas; lacrimas in vulnera fundit.  
 Osculaque ore tegit, consuetaque pectora plangit,  
 Canitiemque suam concreto in sanguine verrens  
 Plura quidem, sed et haec laniato pectore dixit:
- 85 'Nata, tuae—quid enim superest?—dolor ultime matri,  
 Nata, iaces: videoque tuum, mea vulnera, vulnus.  
 En, ne perdiderim quemquam sine caede meorum,  
 Tu quoque vulnus habes. At te, quia femina, rebar  
 A ferro tutam: cecidisti et femina ferro;
- 90 Totque tuos idem fratres, te perdidit idem,  
 Exitium Troiae nostrique orbator, Achilles.  
 At postquam cecidit Paridis Phoebique sagittis,  
 Nunc certe, dixi, non est metuendus Achilles.  
 Nunc quoque mi metuendus erat. Cinis ipse sepulti
- 95 In genus hoc saevit; tumulo quoque sensimus hostem.  
 Aeacidiae fecunda fui. Iacet Ilium ingens;  
 Eventuque gravi finita est publica clades,  
 Sed finita tamen: soli mihi Pergama restant,  
 In cursuque meus dolor est. Modo maxima rerum,
- 100 Tot generis natisque potens nuribusque viroque,  
 Nunc trahor exsul, inops, tumulis avulsa meorum,  
 Penelopae munus; quae me data pensa trahentem  
 Matribus ostendens Ithacis 'Haec Hectoris illa est  
 Clara parens, haec est' dicit 'Priameia coniunx.'
- 105 Postque tot amissos tu nunc, quae sola levabas  
 Maternos luctus, hostilia busta piasti.

73. *quid* = *quantum*. — 79. *animae*, abhängig von *inane*.  
 — 82. *oscula* 'Lippen'. — *consueta i. e. plangi ab Hecuba*. —  
 90. *tot*, 19. — 21. *nostris* dichterisch statt *noster*. — 94. *mi* = *mihi*.  
 — 98. *soli mihi* etc. Sinn: das Reich Pergamum ist untergegangen;  
 an mir allein vollzieht sich (*in cursu est*) der Untergang noch fort.  
 — 102. *pensa trahentem* vgl. *ducere lanas*.

- Inferias hosti peperit. Quo ferrea restō? >  
 Quidve moror? quo me servas, annosa senectus?  
 Quo, di crudeles, nisi quo nova funera cernam,  
 110 Vivacem differtis anum? quis posse putaret  
 Felicem Priamum post diruta Pergama dici?  
 Felix morte sua est; nec te, mea nata, peremptam  
 Aspicit, et vitam pariter regnumque reliquit. —  
 At, puto, funeribus dotabere, regia virgo,  
 115 Condeturque tuum monumentis corpus avitis.  
 Non haec est fortuna domus. Tibi munera matris  
 Contingent fletus peregrinaeque haustus harenae.  
 Omnia perdidimus. Superest, cur vivere tempus  
 In breve sustineam, proles gratissima matri,  
 120 Nunc solus, quondam minimus de stirpe virili,  
 Has datus Ismario regi Polydorus in oras. —  
 Quid moror interea crudelia vulnera lymphis  
 Abluere, et sparsos immiti sanguine vultus?  
 Dixit, et ad litus passu processit anili,  
 125 Albentes lacerata comas. Date, Troades, urnam  
 Dixerat infelix, liquidas hauriret ut undas:  
 Aspicit eiectum Polydori in litore corpus,  
 Factaque Threiciis ingentia vulnera telis.  
 Troades exclamant; obmutuit illa dolore,  
 130 Et pariter voces lacrimasque introrsus obortas  
 Devorat ipse dolor; duroque simillima saxo  
 Torpet, et adversa figit modo lumina terra,  
 Interdum torvos sustollit ad aethera vultus,  
 Nunc positi spectat vultum, nunc vulnera nati,  
 135 Vulnera praecipue; seque armat et instruit ira.  
 Qua simul exarsit, tamquam regina maneret,  
 Uleisci statuit, poenaeque in imagine tota est.  
 Utque furi catulo lactente orbata laena,  
 Signaque nacta pedum sequitur, quem non videt, hostem;  
 140 Sic Hecabe, postquam cum luctu miscuit iram,

107. *quo* 'wozu'. — *ferrea*, wegen der Unzerstörbarkeit. —  
 109. *nisi quo* 'ausser damit'. — 116. *munera feralia*. — 117.  
*haustus* 'eine Hand voll', vgl. *terram haurire* (= *effodere*). — 123.  
*immitis*, syn. *ferus*; *sanguis*, (Blutvergiessen) 'Mord'. — 132.  
*adversa (terra)* 'vor ihr', vgl. *vulnera adversa*. — 134. *positi* vor  
 ihr. — 137. *imagine*, (Vorstellung) 'Gedanke'. — *tota*, Nom.

- Non oblita animorum, annorum oblita suorum,  
 Vadit ad artificem dirae, Polymestora, caedis,  
 Colloquiumque petit: nam se monstrare relictum  
 Velle latens illi, quod nato redderet, aurum.  
 145 Credidit Odrysius, praedaeque assuetus amore  
 In secreta venit; tum blando callidus ore  
 'Tolle moras, Hecabe,' dixit, da munera nato.  
 Omne fore illius, quod das, quod et ante dedisti,  
 Per superos iuro. Spectat truculenta loquentem  
 150 Falsaque iurantem, tumidaque exaestuat ira.  
 Atque ita correpto captivarum agmina matrum  
 Invocat, et digitos in perfida lumina condit,  
 Expellitque genis oculos — facit ira valentem —  
 Immergitque manus, foedataque sanguine sontis  
 155 Non lumen — neque enim superest — loca luminis haurit.  
 Clade sui Thracum gens irritata tyranni  
 Troada telorum lapidumque incessere iactu  
 Coepit. At haec missum rauco cum murmure saxum  
 Morsibus insequitur, rictuque in verba parato  
 160 Latravit, conata loqui; — locus exstat, et ex re  
 Nomen habet — veterumque diu memor illa malorum  
 Tum quoque Sithonios ululavit maesta per agros.  
 Illius Troasque suos hostesque Pelasgos,  
 Illius fortuna deos quoque moverat omnes;  
 165 Sic omnes, ut et ipsa Iovis coniunxque sororque  
 Eventus Hecubam meruisse negaverit illos.

## 33. DER CYCLOPE.

Seylla feris atram canibus succingitur alvum,  
 Virginis ora gerens, et, si non omnia vates

141. *animorum* 'Stolzes'. — 143. *relictum*, in Troia. —  
 148. *quod et statt et quod*. — 151. *correpto* erg. *Odrysio* (abl.  
 abs.). — 154. *foedata*, Nom. — 155. *loca luminis* 'Augenhöhlen'.  
 — 157. *Troada i. e. Hecubam*. — 158. *murmure* 'Knurren': sie wird  
 in einen Hund verwandelt. — 161. *nomen Cynossema* (*κύων σήμα*)  
 bei Sestos. — 162. *tum i. e. mutata*. — 165. *omnes moverat* — *et*  
*ipsa*: Iuno gehörte wegen des Urtheilspruches des Paris zu den  
 Troia feindseligen Gottheiten.

- Ficta reliquerunt, aliquo quoque tempore virgo.  
 Hanc multi petiere proci; quibus illa repulsis  
 5 Ad pelagi nymphas, pelagi gratissima nymphis,  
 Ibat, et elusos iuvenum narrabat amores.  
 Cui dum pectendos praebet Galatea capillos,  
 Talibus alloquitur, repetens suspiria, dictis:  
 Te tamen, o virgo, genus haud immite virorum  
 10 Expetit; utque facis, potes his impune negare.  
 At mihi, cui pater est Nereus, quam caerula Doris  
 Enixa est, quae sum turba quoque tuta sororum,  
 Non nisi per luctus licuit Cyclopi amor  
 Effugere; et lacrimae vocem impediere loquentis.  
 15 Quas ubi marmoreo deterisit pollice virgo,  
 Et solata deam est, 'Refer, o carissima,' dixit  
 'Neve tui causam tege — sum tibi fida — doloris.'  
 Nereis his contra resecuta Crataeide natam est:  
 'Acis erat Fauno nymphaque Symaethide cretus,  
 20 Magna quidem patrisque sui matrisque voluptas,  
 Nostra tamen maior; nam me sibi iunxerat uni.  
 Pulcher et otonis iterum natalibus actis  
 Signarat dubia teneras lanugine malas.  
 Hunc ego, me Cyclops nulla cum fine petebat:  
 25 Nec, si quaesieris, odium Cyclopi amorne  
 Acidis in nobis fuerit praesentior, edam:  
 Par utrumque fuit. Pro, quanta potentia regni  
 Est. Venus alma, tui! nempe ille immitis et ipsis  
 Horrendus silvis, et visus ab hospite nullo  
 30 Impune, et magni cum dis contemptor Olympi,  
 Quid sit amor, sentit, nostrique cupidine captus  
 Uritur, oblitus pecorum antrorumque suorum.  
 Iamque tibi formae, iamque est tibi cura placendi,  
 Iam rigidos pectis rastris, Polypheme, capillos;  
 35 Iam libet hirsutam tibi falce recidere barbam,  
 Et spectare feros in aqua et componere vultus.

33. 8. *repetens* (hervorholend) *susp.* 'tiefseufzend'. — 12. *turba*, der Nereiden waren 50. — 15. *marmoreo* 'marmorweiss'. — 25. *nec . . . edam* 'ich kann nicht sagen'. — 27. *Pro*, Ausrufpartikel, vgl. *Pro Iuppiter!* — 36. *componere* 'einen freundlichen Ausdruck geben' (glätten).

- Caedis amor feritasque sitisque immensa cruoris  
 Cessant, et tutae veniuntque abeuntque carinae.  
 Telemus interea Siculam delatus ad Aetnen,  
 40 Telemus Eurymides, quem nulla fefellerat ales,  
 Terribilem Polyphemon adit, 'Lumen' que, 'quod unum  
 Fronte geris media, rapiet tibi' dixit 'Ulixes.'  
 Risit, et 'O vatum stolidissime, falleris' inquit:  
 'Altera iam rapuit.' Sic frustra vera monentem  
 45 Spernit, et aut gradiens ingenti litora passu  
 Degravat, aut fessus sub opaca revertitur antra.  
 Prominet in pontum cuneatus acumine longo  
 Collis: utrumque latus circumfluit aequoris unda.  
 Huc ferus ascendit Cyclops, mediusque resedit.  
 50 Lanigeras pecudes, nullo ducente, secutae.  
 Cui postquam pinus, baculi quae praebuit usum,  
 Ante pedes posita est, antennis apta ferendis,  
 Sumptaque harundinibus compacta est fistula centum,  
 Senserunt toti pastoria sibila montes,  
 55 Senserunt undae. Latitans sub rupe, meumque  
 Acin propter ego residens, procul auribus hausi  
 Talia dicta meis, auditaque mente notavi:  
 'Candidior folio nivei, Galatea, ligustri,  
 Floridior pratis, longa procerior alno.  
 60 Splendidior vitro, tenero lascivior haedo,  
 Levior assiduo detritis aequore conchis,  
 Solibus hibernis, aestiva gratior umbra,  
 Nobilior palma, platano conspectior alta,  
 Lucidior glacie, matura dulcior uva,  
 65 Mollior et cyeni plumis et lacte coacto,  
 Et, si non fugias, riguo formosior horto:  
 Saevior indomitis eadem Galatea iuvenis,  
 Durior annosa quereu, fallacior undis,  
 Lentior et salicis virgis et vitibus albis,

39. *Telemus*, ein Augur. — 44. *altera i. e. Galatea*. — 49. *medius*, auf dem Bergrücken. — 53. *harundinibus centum*: die Pfeife menschlicher Hirten hatte nur 7 Röhren. — 61. *levior* von *levis*. — 67. *eadem*, Gramm. § 269. — 69. *lentior* 'zäher', weniger zu brechen. — *vitis alba* 'Stickwurz', deren knotenlose, geschmeidige Schösslinge zu Körben geflochten wurden.

- 70 His immobilior scopulis, violentior amne,  
Laudato pavone superior, acrior igni,  
Asperior tribulis, feta truculentior ursae,  
Surdior aequoribus, calcato immitior hydro,  
Et, quod praecipue vellem tibi demere possem,  
75 Non tantum cervo claris latratibus acto,  
Verum etiam ventis volucrique fugacior aura!  
At, bene si noris, pigeat fugisse, morasque  
Ipsa tuas damnes, et me retinere labores.  
Sunt mihi, pars montis, vivo pendentia saxo  
80 Antra, quibus nec sol medio sentitur in aestu,  
Nec sentitur hiems, sunt poma gravantia ramos,  
Sunt auro similes longis in vitibus uvae,  
Sunt et purpureae: tibi et has servamus et illas.  
Ipsa tuis manibus silvestri nata sub umbra  
85 Mollia fraga leges, ipsa autumnalia corna,  
Prunaque, non solum nigro liventia suco,  
Verum etiam generosa novasque imitantia ceras,  
Nec tibi castaneae me coninge, nec tibi deerunt  
Arbuti fetus: omnis tibi serviet arbor.  
90 Hoc pecus omne meum est; multae quoque vallibus errant,  
Multas silva tegit, multae stabulantur in antris.  
Nec, si forte roges, possim tibi dicere, quot sint;  
Pauperis est numerare pecus. De laudibus harum  
Nil mihi credideris praesens potes ipsa videre,  
95 Ut vix circumeant distentum cruribus uber.  
Sunt, fetura minor, tepidis in ovilibus agni;  
Sunt quoque, par aetas, aliis in ovilibus haedi.  
Lae mihi semper adest niveum. Pars inde bibenda  
Servatur; partem liquefacta coagula durant.  
100 Nec tibi deliciae faciles, vulgataque tantum  
Munera contingent, damae leporisque caperque,

72. *tribulus*, Burzeldorn (stachlichtes Unkraut). — 74. *vellem*, vgl. Gramm. § 309, A. 1. — 77. *noris* = *noveris*. — 79. *pars montis*: die Apposition bezeichnet die Grösse der Höhle. — 86. *nigro liventia suco*, die (gewöhnlichen) dunkelblauen Pflaumen. — 88. *deerunt* zweisilbig. — 90. *multae*, erg. *oves*, das specielle aus dem allgemeinen *pecus*. — 94. *credideris*, Gramm. § 342, c. — 99. *liquefacta coagula*, 'geronnene Milch'; Stücke von Kälberrn (Laab), in Milch geworfen, befördern das Gerinnen derselben zu Käse, werden aber dabei selbst aufgeweicht (*liquefacta*).

- Parve columbarum, demptusve cacumine nidus:  
Inveni geminos, qui tecum ludere possint,  
Inter se similes, vix ut dinoscere possis,  
105 Villosae catulos in summis montibus ursae:  
Inveni et dixi 'Dominae servabimus istos.'  
Iam modo caeruleo nitidum caput exsere ponto,  
Iam, Galatea, veni, nec munera despice nostra.  
Certe ego me novi, liquidaeque in imagine vidi  
110 Nuper aquae, placuitque mihi mea forma videnti.  
Aspice, sim quantus. Non est hoc corpore maior  
Iuppiter in caelo; nam vos narrare soletis  
Nescio quem regnare Iovem. Coma plurima torvos  
Prominet in vultus, umerosque, ut lucus, obumbrat.  
115 Nec, mihi quod rigidis horrent densissima saetis  
Corpora, turpe puta. Turpis sine frondibus arbor,  
Turpis equus, nisi colla iubae flaventia velent.  
Barba viros hirtaeque decent in corpore saetae.  
Unum est in media lumen mihi fronte, sed instar  
120 Ingentis clipei. Quid? non haec omnia magno  
Sol videt e caelo? Soli tamen unicus orbis.  
Adde, quod in vestro genitor meus aequore regnat.  
Hunc tibi do socerum. Tantum miserere, precesque  
Supplicis exaudi; tibi enim succumbimus uni.  
125 Quique Iovem et caelum sperno et penetrabile fulmen,  
Nerei, te vereor: tua fulmine saevior ira est.  
Atque ego contemptus essem patientior huius,  
Si fugeres omnes. Sed cur Cyclope repulso  
Acin amas? praefersque meis amplexibus Acin?  
130 Ille tamen placeatque sibi, placeatque licebit,  
Quod nollem, Galatea, tibi: modo copia detur!  
Sentiet esse mihi tanto pro corpore vires.  
Viscera viva traham, spargam per aquas tibi membra;  
Uror enim, laesusque exaestu acrius ignis;  
135 Cumque suis videor translata viribus Aetnam  
Pectore ferre meo: nec tu, Galatea, moveris.'

103. *geminos catulos villosae ursae*. — 120. *haec omnia* 'dies All' (= Weltall). — 122. *genitor*, Neptunus. — 125. *penetrabilis*, activ = *penetrans*. — 127. *contemptus*, Gen. — 130. vgl. 5, 57. — 135. *videor*. = *mihi videor* — *viribus i. e. ignibus*.

- Talia nequiquam questus — nam cuncta videbam —  
 Surgit, et ut taurus, vacca furibundus adempta,  
 Stare nequit, silvaeque et notis saltibus errat:  
 140 Cum ferus ignaros, nec quicquam tale timentes  
 Me videt atque Acin, 'Video' que exclamat, et ista  
 Ultima sit, faciam, veneris concordia vestrae.  
 Tantaque vox, quantam Cyclops iratus habere  
 Debuit, illa fuit. Clamore perhorruit Aetne.  
 145 Ast ego vicino pavefacta sub aequore mergor.  
 Terga fugae dederat conversa Symaethius heros,  
 Et 'Fer opem, Galatea, precor, mihi! ferte parentes',  
 Dixerat, et vestris periturum admittite regnis.  
 Insequitur Cyclops, partemque e monte revulsam  
 150 Mittit; et extremus quamvis pervenit ad illum  
 Angulus is montis, totum tamen obruit Acin.  
 At nos, quod solum fieri per fata licebat,  
 Fecimus, ut vires assumeret Acis avitas,  
 Puniceus de mole cruor manabat, et intra  
 155 Temporis exiguum rubor evanescere coepit;  
 Fitque color primo turbati fluminis imbre,  
 Purgaturque mora. Tum moles fracta dehiscit,  
 Vivaque per rimas proceraque surgit harundo;  
 Osque cavum saxi sonat exsultantibus undis;  
 160 Miraque res, subito media tenus exstitit alvo  
 Incinctus iuvenis flexis nova cernua cannis,  
 Qui, nisi quod maior, quod toto caerulus ore,  
 Acis erat. Sed sic quoque erat tamen Acis, in amnem  
 Versus: et antiquum tenuerunt flumina nomen.  
 165 Desierat Galatea loqui; coetuque soluto  
 Discedunt, placidisque natant Nereides undis.  
 Seylla redit; neque enim medio se credere ponto  
 Audet; et aut bibula sine vestibus errat harena,

142. *veneris* i. e. amoris. — 148. *regnis* (= aquis) *vestris* (Dativ) i. e. Galatae et Symaethidis, seiner Mutter, einer Tochter des Flussgottes Symaethus, vgl. 153 *avitas*. — 151. *angulus*, 'Ecke'. — 157. *mora* 'allmählig' entgegengesetzt *primo*. — 159. *osque cavum* erklärt sich aus 157, *tum . . . dehiscit*. — 161, vgl. Nr. 21, 312. — 162. *nisi quod*, Gramm. § 316, A. 4.

Aut, ubi lassata est, seductos nacta recessus  
 170 Gurgitis, inclusa sua membra refrigerat unda.

#### 34. DIE APOTHEOSE DES AENEAS.

- Iam superos omnes ipsamque Aeneia virtus  
 Iunonem veteres finire coegerat iras:  
 Cum, bene fundatis opibus crescentis Iuli,  
 Tempestivus erat caelo Cythereus heros.  
 5 Ambieratque Venus superos; colloque parentis  
 Circumfusa sui, 'Numquam mihi' dixerat, ullo  
 Tempore dure pater, nunc sis mitissimus, opto;  
 Aeneaeque meo, qui te de sanguine nostro  
 Fecit avum, quamvis parvum des, optime, numen,  
 10 Dum modo des aliquod. Satis est inamabile regnum  
 Aspexisse semel, Stygios semel isse per amnes.  
 Assensere dei, nec coniunx regia vultus  
 Immotos tenuit, placatoque adnuit ore.  
 Tum pater, 'Estis' ait, caelesti munere digni,  
 15 Quaeque petis, pro quoque petis, cape, nata, quod optas.'  
 Fatus erat. Gaudet gratesque agit illa parenti:  
 Perque leves auras iunctis invecta columbis  
 Litus adit Laurens, ubi tectus harundine serpit  
 In freta flumineis vicina Numicius undis.  
 20 Hunc iubet, Aeneae quaecumque obnoxia morti,  
 Abluere, et tacito deferre sub aequora cursu.  
 Corniger exsequitur Veneris mandata, suisque,  
 Quicquid in Aenea fuerat mortale, repurgat  
 Et respersit aquis. Pars optima restitit illi.  
 25 Lustratum genitrix divino corpus odore  
 Unxit, et ambrosia cum dulci nectare mixta

34, 4. *Cythereus heros* i. e. Aeneas, als Sohn der auf der Insel Chythera besonders verehrten Venus. — 8. *nostro* = meo. — 9. *quamvis* verb. mit *parvum*. — 10. *inamabile* etc. nach seiner Landung in Italien stieg er, von der Sibylla geführt, in die Unterwelt, wo ihm die Schicksale seines Reiches verkündet wurden. — 15. *quaeque* etc.: *et tu, quae petis, et ille, pro quo petis*. — 20. Eine Sage lässt den Aeneas im Numicius ertrinken, eine andere bei demselben im Kampfe fallen. — 22. *suisque* verb. mit *aquis*.



Contigit os, fecitque deum; quem turba Quirini  
Nuncupat Indigetem, temploque arisque recepit.

### 35. APOTHEOSE DES ROMULUS UND DER HERSILIA.

- Occiderat Tattius, populisque aequata duobus,  
Romule, iura dabas: posita cum casside Mavors  
Talibus adfatur divumque parentem:  
'Tempus adest, genitor, quoniam fundamine magno  
5 Res Romana valet nec praeside pendet ab uno,  
Praemia, quae promissa mihi dignoque nepoti,  
Solvere, et ablatum terris imponere caelo.  
Tu mihi concilio quondam praesente decurum —  
Nam memoro, memorique animo pia verba notavi —  
10 'Unus erit, quem tu tolles in caerulea caeli'  
Dixisti: 'rata sit verborum summa tuorum.'  
Adnuit omnipotens, et nubibus aëra caecis  
Oculuit, tonitruque et fulgure terruit orbem.  
Quae sibi promissae sensit data signa rapinae,  
15 Innixusque hastae pressos temone cruento  
Impavidus conscendit equos Gradivus, et ictu  
Verberis increpuit, pronusque per aëra lapsus  
Constitit in summo nemorosi colle Palati  
Reddentemque suo iam regia iura Quiriti  
20 Abstulit Iliaden. Corpus mortale per auras  
Dilapsum tenues, ut lata plumbea funda  
Missa solet medio glans intabescere caelo.  
Pulehra subit facies et pulvinaribus altis

27. *turba* = *populus*.

35. 1. *Tattius*, der Mitregent des Romulus. — 2. *iura dare* (*reddere*) 'Recht sprechen'. — 3. *posita casside*, zum Zeichen friedlicher Absicht. — 5. *nec . . . ab uno*, Sinn: Roms Macht steht so fest, dass sie nicht mehr von dem Vorsteher allein abhängt. — 9. *memoro* 'ich erinnere dich daran'. — *pia* 'väterlich' (in Bezug auf den Enkel). — 11. *summa* 'Inhalt'. — 14. *rapina* 'die Entführung'. — 19. *Quiriti i. e. Romanis*. — *suo iam*, oppos. der Zeit, wo Tattius sein Mitregent. — 20. *Iliaden i. e. Romulum*. — 22. *intabescere* (in Folge der schnellen Bewegung erglänzen u.) 'zerschmelzen'; der Vergleich beruht auf einer Unkenntnis der physikalischen Gesetze. — 23. *subit* vgl. Nr. 1, 42.

- Dignior, est qualis trabeati forma Quirini.  
25 Flebat ut amissum coniunx, cum regia Iuno  
Irin ad Hersiliam descendere limite curvo  
Imperat, et vacuae sua sic mandata referre:  
'O et de Latia, o et de gente Sabina  
Praecipuum, matrona, decus, dignissima tanti  
30 Ante fuisse viri, coniunx nunc esse Quirini,  
Siste tuos fletus; et si tibi cura videndi  
Coniugis est, duce me lucum pete, colle Quirini  
Qui viret et templum Romani regis obumbrat.'  
Paret et, in terram pictos delapsa per arcus,  
35 Hersiliam iussis compellat vocibus Iris.  
Illa verecundo vix tollens lumina vultu  
'O dea—namque mihi nec, quae sis, dicere promptum est,  
Et liquet esse deam — due, o duc' inquit, et offer  
Coniugis ora mihi; quae si modo posse videre  
40 Fata semel dederint, caelum accepisse fatebor.'  
Nec mora, Romuleos cum virgine Thaumantea  
Ingreditur colles. Ibi sidus ab aethere lapsum  
Decidit in terras; a cuius lumine flagrans  
Hersilie tenues sublimis cessit in auras.  
45 Hanc manibus notis Romanae conditor urbis  
Excipit, et priscum pariter cum corpore nomen  
Mutat, Horamque vocat, quae nunc dea iuncta Quirino est.

### 36. PYTHAGORAS.

- Pythagoras ortu Samius; sed fugerat una  
Et Samon et dominos, odioque tyrannidis exsul  
Sponte erat; isque, licet caeli regione remotos,  
Mente deos adiit, et quae natura negabat  
5 Visibus humanis, oculis ea pectoris hausit.  
Cumque animo et vigili perspexerat omnia cura,

24. *qualis*, auf bildlichen Darstellungen. — 27. *vacuae* = *viduae*. — 28. zum Hiatus vgl. Gramm. Verslehre § 6, 3. — 32. *colle Quirini* = *colle Quirinati*, der v. 41. *Romulei colles* heisst. — 37. 38. *nec . . . et* 'zwar nicht' . . . 'doch'. — 43. *flagrans* 'leuchtend'.

36. 1. *fugerat*, nach Unteritalien, wo er besonders in Croton viele Schüler um sich hatte. — 2. *dominos i. e. Polycratem tyrannum*.

- In medium discenda dabat; coetusque silentum  
 Dictaque mirantum magni primordia mundi  
 Et rerum causas et, quid natura, docebat:
- 10 Quid deus, unde nives, quae fulminis esset origo,  
 Iuppiter an venti discussa nube tonarent,  
 Quid quateret terras, qua sidera lege mearent,  
 Et quodcumque latet: primusque animalia mensis  
 Arguit imponi; primus quoque talibus ora
- 15 Docta quidem solvit, sed non et credita, verbis:  
 ,Pareite, mortales, dapibus temerare nefandis  
 Corpora! Sunt fruges, sunt deducunt ramos  
 Pondere poma suo, tumidaeque in vitibus uvae;  
 Sunt herbae dulces, sunt quae mitescere flamma
- 20 Mollisque queant; nec vobis lacteus umor  
 Eripitur, nec mella thymi redolentia flore.  
 Prodigia divitias alimentaue mitia tellus  
 Suggest, atque epulas sine caede et sanguine praebet.  
 Carne ferae sedant ieiunia, nec tamen omnes.
- 25 Quippe equus et pecudes armentaue gramine vivunt;  
 At quibus ingenium est immansuetumque ferumque,  
 Armeniaeque tigres iracundique leones,  
 Cumque lupis ursi dapibus cum sanguine gaudent.  
 Heu quantum scelus est in viscera viscera condi,
- 30 Congestoque avidum pinguescere corpore corpus,  
 Alteriusque animantem animantis vivere leto!  
 Scilicet in tantis opibus, quas optima matrum  
 Terra creat, nil te nisi tristia mandere saevo  
 Vulnere dente iuvat, ritusque referre Cyclopum?
- 35 Nec, nisi perdidit alium, placare voracis  
 Et male morati poteris ieiunia ventris?  
 At vetus illa aetas, cui fecimus aurea nomen,  
 Fetibus arboreis et, quas humus educat, herbis

7. in medium dare (vgl. in medium proferre, in medio ponere), vor jedermann darlegen, bekannt machen. — silentum: die Schüler mussten mehrere Jahre schweigend zuhören. — 8. dicta mirantum, daher ἀπὸς ἑκα. — 14. arguere ‚rügen‘. — 15. credere, glauben und befolgen. — 34. vulnera: der Ausdruck vulnera statt des Fleisches, welches zerrissen wird, ist veranlasst durch saevo dente. — referre ‚zurückführen‘. — 37. aurea: zum Namen als indeclinabile vgl. Nr. 2, 7.

- Fortunata fuit, nec polluit ora eruore.
- 40 Tunc et aves tutae movere per aëra pennas,  
 Et lepus impavidus mediis erravit in herbis,  
 Nec sua credulitas piscem suspenderit hamo;  
 Cuncta sine insidiis nullamque timentia fraudem  
 Plenaque pacis erant. Postquam non utilis auctor
- 45 Victibus invidit, quisquis fuit ille, priorum,  
 Corporeasque dapes avidam demersit in alvum,  
 Fecit iter sceleri. Primoque e caede ferarum  
 Incaluisse putem maculatum sanguine ferrum.  
 Idque satis fuerat; nostrumque petentia letum
- 50 Corpora missa neci salva pietate fatemur.  
 Sed quam danda neci, tam non epulanda fuerunt.  
 Longius inde nefas abiit, et prima putatur  
 Hostia sus meruisse mori, quia semina pando  
 Eruerit rostro, spemque interceperit anni.
- 55 Vite caper morsa Bacchi mactandus ad aras  
 Ducitur ultoris. Nocuit sua culpa duobus.  
 Quid meruistis, oves, placidum pecus, inque tuendos  
 Natum homines, pleno quae fertis in ubere nectar,  
 Mollia quae nobis vestras velamina lanas
- 60 Praebetis, vitaque magis quam morte iuvatis?  
 Quid meruere boves, animal sine fraude dolisque,  
 Innocuum, simplex, natum tolerare labores?  
 Immemor est demum, nec frugum munere dignus,  
 Qui potuit, curvi dempto modo pondere aratri,
- 65 Ruricolam mactare suum, qui trita labore  
 Illa, quibus totiens durum renovaverat arvom,  
 Condiderat messes, percussit colla securi.  
 Nec satis est, quod tale nefas committitur, ipsos  
 Inscriptere deos sceleri, numenque supernum
- 70 Caede laboriferi credunt gaudere iuveni.

44. non utilis = perniciosissimus. — 45. invidere ‚Widerwillen haben‘. — priorum i. e. hominum. — 49. satis fuerat u. 51, vgl. Gramm. § 306, 1 u. 2. — 50. missa neci i. e. neci data esse. — salva pietate ‚mit Wahrung der Pflicht‘ (gegen Mitgeschöpfe) vgl. 114 bis 116. — 53. hostia, der Ceres. — 63. immemor (frugum muneris) ‚undankbar‘. — 65. trita illa verb. mit colla. — 69. inscribere deos sceleri ‚machen die Götter zu Urheberern des Verbrechens‘; wie, lehrt das Folgende.

- Victima labe carens et praestantissima forma, —  
 Nam placuisse nocet — vittis praesignis et auro  
 Sistitur ante aras, auditque ignara precantem,  
 Imponique suae videt inter cornua fronti,  
 75 Quas coluit, fruges, percussaque sanguine cultros  
 Inficit in liquida praevisos forsitan unda.  
 Protinus ereptas viventi pectore fibras  
 Inspiciunt, mentesque deum scrutantur in illis.  
 Unde fames homini vetitorum tanta ciborum est?  
 80 Audetis vesci, genus o mortale? quod, oro,  
 Ne facite, et monitis animos advertite nostris,  
 Cumque bonum dabitur caesorum membra palato,  
 Mandere vos vestros scite et sentite colonos.  
 Et quoniam deus ora movet, sequar ora moventem  
 85 Rite deum, Delphosque meos ipsumque recludam  
 Aethera et angustae reserabo oracula mentis.  
 Magna, nec ingeniis evestigata priorum,  
 Quaeque diu latuere, canam. Iuvat ire per alta  
 Astra, iuvat, terris et inertis sede relicta,  
 90 Nube vehi, validique umeris insistere Atlantidis;  
 Palantesque homines passim ac rationis egentes  
 Despectare procul, trepidosque obitumque timentes  
 Sic exhortari, seriemque evolvere fati.  
 O genus attonitum gelidae formidare mortis!  
 95 Quid Styga, quid tenebras et nomina vana timetis,  
 Materiem vatium, falsique pericula mundi?  
 Corpora sive rogi flamma, seu tabe vetustas  
 Abstulerit, mala posse pati non ulla putetis.  
 Morte carent animae, semperque, priore relicta  
 100 Sede, novis domibus vivunt habitantque receptae.  
 Ipse ego — nam memini — Troiani tempore belli

75. *fruges*, geschrotener Dinkel mit Salz: *mola salsa*. — *percussa* ff. das Wasser zur Reinigung der Hände und Opfergeräte stand vor ihm und daher sah er vielleicht schon vorher das Messer, mit dem der Opferpriester ihm nach altem Brauche über Stirn und Rücken fuhr. — 80. *quod* ist mit dem demonstr. Pron. zu übersetzen. — 85. *Delphos meos* ‚meine Weisheit‘, als von einem Gott eingegeben, ein persönliches Delphi, wodurch er den Menschen Geheimnisse offenbaren will. — 86. *aethera i. e. res divinas*. — 89. *inerti sede i. e. terra*. — 96. *vatium* ‚Dichter‘. — *falsi*, syn. *ficti*. — 99. *sede priore, corpore*.

- Panthoïdes Euphorbus eram, cui pectore quondam  
 Haesit in adverso gravis hasta minoris Atridae.  
 Cognovi clipeum, laevae gestamina nostrae,  
 105 Nuper Abanteis templo Iunonis in Argis.  
 Omnia mutantur: nihil interit. Errat et illinc  
 Huc venit, hinc illuc, et quoslibet occupat artus  
 Spiritus, eque feris humana in corpora transit,  
 Inque feras noster, nec tempore deperit ullo.  
 110 Utque novis facilis signatur cera figuris,  
 Nec manet, ut fuerat, nec formas servat easdem,  
 Sed tamen ipsa eadem est: animam sic semper eandem  
 Esse, sed in varias doceo migrare figuras.  
 Ergo — nec pietas sit victa cupidine ventris —  
 115 Parcite, vaticinor, cognatas caede nefanda  
 Exturbare animas; nec sanguine sanguis alatur.  
 Et quoniam magno feror aequore, plenaque ventis  
 Vela dedi: nihil est, toto quod perstet in orbe.  
 Cuncta fluunt, omnisque vagans formatur imago.  
 120 Ipsa quoque assiduo labuntur tempora motu,  
 Non secus ac flumen. Neque enim consistere flumen,  
 Nec levis hora potest; sed ut unda impellitur unda,  
 Urgneturque eadem veniens urgetque priorem:  
 Tempora sic fugiunt pariter, pariterque sequuntur,  
 125 Et nova sunt semper; nam quod fuit ante, relictum est,  
 Fitque, quod haud fuerat, momentaque cuncta novantur.  
 Cernis et emersas in lucem tendere noctes,  
 Et iubar hoc nitidum nigrae succedere nocti.  
 Nec color est idem caelo, cum lassa quiete  
 130 Cuncta iacent media, cumque albo Lucifer exit  
 Clarus equo; rursusque alius, cum praevia lucis  
 Tradendum Phoebo Pallantias inficit orbem.

105. *Abanteis*, von Abas, einem alten Könige von Argos. Menelaus hatte diesen Schild des erlegten Feindes als Weihgeschenk in dem Tempel aufgehängt. — 106. *Errat i. e. spiritus*. — 110. *facilis* ‚geschmeidig‘. — 114. *pietate* wie v. 50. — 115. *parcite*, syn.  *nolite*. — 117. *Et quoniam* etc.: der Philosoph lässt sich von der angefangenen Betrachtung fortreißen, die Lehre von der Seelenwanderung (*μετεμύχως*) vorzutragen. — 119. *imago* ‚Erscheinung‘. — *vagans* ‚wechselnd‘ steht prädicativ. — 123. *eadem* ‚ungleich‘. vgl. Gramm. § 268. — 127. *emersas*, aus dem Ocean. — 132. *inficit* ‚färbt‘.

- Ipsae dei clipeus, terra cum tollitur ima,  
 Mane rubet, terraque rubet cum conditur ima:  
 135 Candidus in summo est, melior natura quod illie  
 Aetheris est, terraeque procul contagia fugit.  
 Nec par aut eadem nocturna forma Dianae  
 Esse potest unquam: semperque hodierna sequente,  
 Si crescit, minor est, maior, si contrahit orbem.  
 140 Quid? non in species succedere quattuor annum  
 Aspicias, aetatis peragentem imitamina nostrae?  
 Nam tener et lactens puerique simillimus aevo  
 Vere novo est; tunc herba recens et roboris experts  
 Turget, et insolida est, et spe delectat agrestes.  
 145 Omnia tunc florent, florumque coloribus almus  
 Ludit ager, neque adhuc virtus in frondibus ulla est.  
 Transit in aestatem post ver robustior annus,  
 Fitque valens iuvenis; neque enim robustior aetas  
 Ulla, nec uberior, nec, quae magis ardeat, ulla est.  
 150 Excipit autumnus, positò fervore iuventae  
 Maturus mitisque, inter iuvenemque senemque  
 Temperie medius, sparsus quoque tempora canis.  
 Inde senilis hiems tremulo venit horrida passu,  
 Aut spoliata sivos, aut, quos habet, alba capillos.  
 155 Nostra quoque ipsorum semper requieque sine ulla  
 Corpora vertuntur, nec, quod fuimusve sumusve,  
 Cras erimus. Iacuit primum sine viribus infans;  
 Mox quadrupes ritum tulit sua membra ferarum;  
 Paulatimque tremens et nondum poplite firmo  
 160 Constitit, adiutis aliquo conamine nervis.  
 Inde valens velexque fuit, spatiumque iuventae  
 Transit, et emeritis medii quoque temporis annis  
 Labitur occiduae per iter declive senectae.  
 Subruit haec aevi demoliturque prioris  
 165 Robora; fletque Milon senior, cum spectat inanes

133. *clipeus dei i. e. orbis solis.* — *terra ima* ‚Erdrand‘.  
 — 135 *in summo* ‚im Zenith‘. — 237. *Dianae i. e. lunae.* — 140.  
*species* ‚Gestalten‘ (Wechsel). — 146. *virtus* vgl. 143 *roboris experts.*  
 — 152 *canis sc. comis.* — 153. *horrida* verb. mit *venit.* — 160.  
*conamine* ‚Stütze‘. — 165. *Milon*, berühmter Athlet aus Croton  
 (Zeitgenosse des Pyth.); der mit einem Faustschlage einen Stier zu  
 Boden schlug. — *inanes* verb. mit *lacertos, fluidos* mit *pendere.*

- Illos, qui fuerant solidorum mole tororum  
 Herculeis similes, fluidos pendere lacertos.  
 Flet quoque, ut in speculo rugas aspexit aniles,  
 Tyndaris, et secum, cur sit bis rapta, requirit.  
 170 Tempus edax rerum, tuque invidiosa vetustas,  
 Omnia destruitis, vitiataque dentibus aevi  
 Paulatim lenta consumitis omnia morte.  
 Nec species sua cuique manet, rerumque novatrix  
 Ex aliis alias reddit natura figuras.  
 175 Nec perit in tanto quicquam, mihi credite, mundo.  
 Sed variat faciemque novat: nascique vocatur  
 Incipere esse aliud, quam quod fuit ante: morique  
 Desinere illud idem: cum sint huc forsitan illa,  
 Haec translata illuc, summa tamen omnia constant.  
 180 Nil equidem durare diu sub imagine eadem  
 Crediderim. Sic ad ferrum venistis ab auro,  
 Saecula; sic totiens versa est fortuna locorum.  
 Vidi ego, quod fuerat quondam solidissima tellus,  
 Esse fretum; vidi factas ex aequore terras,  
 185 Et procul a pelago conchae iacuere marinae,  
 Et vetus inventa est in montibus ancora summis:  
 Quodque fuit campus, vallem decursus aquarum  
 Fecit, et eluvie mons est deductus in aequor:  
 Eque paludosa siccis humus aret harenis;  
 190 Quaeque sitim tulerant, stagnata paludibus ument.  
 Hinc fontes natura novos emisit, at illic  
 Clausum iter antiquis. Quam multa tremoribus orbis  
 Flumina prosiliunt, aut exaeccata residunt!  
 Desinet ante dies, et in alto Phoebus anhelos  
 195 Aequore tinget equos, quam consequar omnia verbis  
 In species translata novas. Sic omnia verti  
 Cernimus, atque illas assumere robora gentes,  
 Concidere has. Sic magna fuit censuque virisque,  
 Perque decem potuit tantum dare sanguinis annos.

166. *torus* ‚Muskel‘. — 169. *Tyndaris*, Helena. — *bis*  
*rapta*, zuerst von Theseus. — 170. *rerum*, gen. relationis, vgl.  
 Gramm. § 218. — 178. *illud idem*, erg. *esse, quod ante fuit.* — 179.  
*summa* ‚seiner Gesamtheit nach‘. — 188. *aequor* ‚Ebene‘. — 189.  
*paludosa sc. humo.* — 195. *consequi verbis* ‚ausführlich erzählen‘.  
 — 198. *magna* verb. mit *Troia* v. 200.

- 200 Nunc humilis veteres tantum modo Troia ruinas  
Et pro divitiis tumulos ostendit avorum.  
Nunc quoque Dardanium fama est consurgere Romam,  
Appenninigenae quae proxima Thybridis undis  
Mole sub ingenti rerum fundamina ponit.
- 205 Haec igitur formam crescendo mutat, et olim  
Immensi caput orbis erit. Sic dicere vates  
Faticinasque ferunt sortes: quantumque recordor,  
Dixerat Aeneae, cum res Troiana labaret,  
Priamides Helenus flenti dubioque salutis:
- 210 „Nate dea, si nota satis praesagia nostrae  
Mentis habes, non tota cadet te sospite Troia.  
Flamma tibi ferrumque dabunt iter. Ibis, et una  
Pergama rapta feres, donec Troiaeque tibi que  
Externum patria contingat amicus arum.
- 215 Urbem etiam cerno Phrygios debere nepotes,  
Quanta nec est, nec erit, nec visa prioribus annis.  
Hanc alii proceres per saecula longa potentem,  
Sed dominam rerum de sanguine natus Iuli  
Efficiet: quo cum tellus erit usa, fruuntur
- 220 Aetheriae sedes, caelumque erit exitus illi.  
Haec Helenum cecinisse penatigero Aeneae  
Mente memor refero, cognataque moenia laetor  
Crescere, et utiliter Phrygibus vicisse Pelasgos.  
Ne tamen oblitis ad metam tendere longe
- 225 Exspatiemur equis, caelum et quodcumque sub illo est,  
Immutat formas, tellus et quicquid in illa est.  
Nos quoque, pars mundi, quoniam non corpora solum,  
Verum etiam volucres animae sumus, inque ferinas  
Possumus ire domos, pecudumque in corpora condi:
- 230 Corpora, quae possint animas habuisse parentum,

204. *mole sub rerum*, unter dem d. i. für den Bau der Welt-herrschaft. — 207. *recordor*, aus der trojanischen Zeit, wo er Euphorbus war. — 209. *salutis*, Gen. wie 170. — 210. *nota* = *cognita*. — 213. *Pergama i. e. sacra penatesque Troiae*. — *rapta i. e. erepta flammis hostique*. — 215. *debere* dem Schicksale. — 218. *de sanguine Iuli i. e. Augustus*, Adoptivsohn des Julius Cäsar. — 219. *quo* gehört auch zu *fruuntur*. — 221. *penatigero*, zum Hiatus s. Gramm. Verslehre § 6. — 222. *mente refero*, vgl. *Met.* 2, 3. — 224. *metam . . . exspatiemur*, wie Wettfahrer. — 228. *volucres* im Gegensatz zu dem *iners corpus*.

- Aut fratrum, aut aliquo iunctorum foedere nobis,  
Aut hominum certe, tuta esse et honesta sinamus,  
Neve Thyesteis cumulemus viscera mensis.  
Quam male consuescit, quam se parat ille cruori
- 235 Impius humano, vituli qui guttura ferro  
Rumpit, et immotas praebet mugitibus aures!  
Aut qui vagitus similes puerilibus haedum  
Edentem iugulare potest, aut alite vesci,  
Cui dedit ipse cibos! Quantum est, quod desit in istis
- 240 Ad plenum facinus? quo transitus inde paratur?  
Bos aret, aut mortem senioribus imputet annis:  
Horriferum contra borean ovis arma ministret:  
Ubera dent saturae manibus pressanda capellae.  
Retia cum pedicis, laqueos artesque dolosas
- 245 Tollite; nec volucrem viscata fallite virga,  
Nec formidatis cervos illudite pennis,  
Nec celate cibus uncos fallacibus hamos.  
Perdite, si qua nocent, verum haec quoque perditae tantum:  
Ora vacent epulis, alimenta que mitia carpant.

## EPILOGUS.

- Iamque opus exegi, quod nec Iovis ira nec ignis  
Nec poterit ferrum nec edax abolere vetustas.  
Cum volet, illa dies, quae nil nisi corporis huius  
Ius habet, incerti spatium mihi finiat aevi:
- 5 Parte tamen meliore mei super alta perennis  
Astra ferar, nomenque erit indelebile nostrum.  
Quaque patet domitis Romana potentia terris.  
Ore legar populi, perque omnia saecula fama,  
Si quid habent veri vatum praesagia, vivam.

233. *Thyesteis mensis*: Atreus tödtete wegen einer ihm von seinem Bruder Thyestes zugefügten Schmach des Letzteren beide Söhne und setzte sie dem Vater zum Mahle vor. — 234. *cruor humanus* ‚Menschenmord‘. — 239. *istis*, vgl. Gramm. § 265, A. — 240. *quo i. e. ad quae facinora*. — 245. *formidatis pennis*: bei Treibjagden steckte man einen Bezirk durch Seile mit bunten Federn ab, welche das Wild zurückschrecken sollten, wenn es jenen verlassen wollte, vgl. unser ‚Verlappen‘ der Hasen. — 248. *qua animalia*.

1. *Iovis ira* d. i. der Blitz.

## E LIBRIS FASTORUM.

## 1. ZUEIGNUNG.

- Tempora cum causis Latium digesta per annum  
 Lapsaque sub terras ortaque signa canam.  
 Excipe pacato, Caesar Germanice, vultu  
 Hoc opus, et timidæ dirige navis iter:  
 5 Officioque, levem non aversatus honorem,  
 Huic tibi devoto numine dexter ades.  
 Sacra recognosces annalibus eruta priscis,  
 Et quo sit merito quæque notata dies.  
 Invenies illic et festa domestica vobis:  
 10 Sæpe tibi pater est, sæpe legendus avus.  
 Caesaris arma canant alii: nos Caesaris aras,  
 Et quoscumque sacris addidit ille dies.  
 Adnue conanti per laudes ire tuorum,  
 Deque meo pavidos exente corde metus.  
 15 Da mihi te placidum: dederis in carmina viris.  
 Ingenium vultu statque caditque tuo.  
 Pagina iudicium docti subitura movetur  
 Principis, ut Clario missa legenda deo.  
 Quæ sit enim culti facundia sensimus oris.

1. *causis*, den Ursachen der Feier. — *Latium*, Adj. — *digesta*, geordnet. — 2. *signa* = *sidera*. — 3. *Germanice*, der Adoptivsohn des Tiberius, vgl. 10 *pater*, *avus* (Augustus). — 5. *officio*, Huldigung. — 6. *numine* verb. mit *dexter* ‚gnädig‘, (wie ein Gott) vgl. 15, 23 u. 24. — 8. *notata* ‚bezeichnet‘ (d. i. mit seinem Kalenderzeichen, z. B. mit *F* als *dies fastus*, mit *N* als *dies nefastus*). — 9. *domestica vobis*, die eurer Familie, z. B. als Erinnerungstage glänzender Thaten, vgl. v. 11, gehören (die aber durch die veranstalteten Spiele u. a. dgl. zu Volksfesttagen wurden). — 15. *dederis*, fut. II. — 17. *movetur*, wird aufgeregt, ‚zittert‘. — 19. *oris i. e. tui*.

- 20 Civica pro trepidis cum tulit arma reis.  
 Scimus et, ad nostras cum se tulit impetus artes,  
 Ingenii currant flumina quanta tui.  
 Si licet et fas est, vates rege vatis habenas,  
 Auspicio felix totus ut annus eat.

## 2. DER ERSTE JANUAR.

- Ecce tibi faustum, Germanice, nuntiat annum  
 Inque meo primus carmine Ianus adest.  
 Iane biceps, anni tacite labentis origo,  
 Solus de superis qui tua terga vides.  
 5 Dexter ades ducibus, quorum secunda labore  
 Otia terra ferax, otia pontus habet:  
 Dexter ades patribusque tuis populoque Quirini,  
 Et resera nutu candida templa tuo.  
 Prospera lux oritur: linguis animisque favete!  
 10 Nunc dicenda bono sunt bona verba die.  
 Lite vacent aures, insanaque protinus absint  
 Iurgia; differ opus, livida turba, tuum.  
 Cernis, odoratis ut luceat ignibus aether,  
 Et sonet accensis spica Cilissa focus?  
 15 Flamma nitore suo templorum verberat aurum,  
 Et tremulum summa spargit in aede iubar.

20. *civica*: Germanicus war ein tüchtiger Feldherr, ausserdem Redner und Dichter. — 21. *impetus*, dein (dichterischer) Drang. — 23. *silicet*, den Wunsch auszusprechen. — 24. *auspicio felix* = *auspicio felici*. — *eat* = *decurrat*.

2. 1. Der 1. Januar, dem Janus geweiht, ein *dies fastus*, an welchem man sich beglückwünschte. — 3. *tacite*, geräuschlos, daher ‚unvermerkt‘. — 5. *ducibus*, ausser Germanicus des Tiberius leiblicher Sohn Drusus u. Tib. selbst. — 7. *patribus i. e. senatui*. — 8. *resera templa*, zum Opfer und Gebet; *candida* heissen die Tempel, weil am 1. Januar die Menge in weissen Festkleidern hineinströmte. — 9. *ling. anim. favete* (*εὐχθεῖτε*): eigentlich Aufforderungsformel der Priester an das Volk zur Ruhe und Andacht, und sich vor bösen (*male ominata*) Worten und Gedanken zu hüten. — 12. *opus tuum, iurgia*. — 13. *odoratis ignibus*, z. B. Weihrauch, auch ausserhalb der Tempel dargebracht und in die Opferflammen geworfen. — 14. *spica Cilissæ i. e. crocus*, Safran. — 15. *aurum*, die goldverzierte Decke (v. 16 *summa in aede*), zu welcher der Schein der Flamme als gutes Zeichen emporschlägt.

- Vestibus intactis Tarpeias itur in arces,  
 Et populus festo concolor ipse suo est.  
 Iamque novi praeunt fasces, nova purpura fulget,  
 20 Et nova conspicuum pondera sentit ebur.  
 Colla rudes operum praebent ferienda iuveni,  
 Quos aluit campis herba Falisca suis.  
 Iuppiter arce sua totum cum spectet in orbem,  
 Nil nisi Romanum, quod tueatur, habet.  
 25 Salve, laeta dies, meliorque revertere semper,  
 A populo rerum digna potente coli.

## 3. IANUS.

- Quem tamen esse deum te dicam, Iane biformis?  
 Nam tibi par nullum Graecia numen habet.  
 Ede simul causam, cur de caelestibus unus,  
 Sitque quod a tergo, sitque quod ante, vides?  
 5 Haec ego cum sumptis agitare mente tabellis,  
 Lucidior visa est, quam fuit ante, domus.  
 Tunc sacer ancipiti mirandus imagine Ianus  
 Bina repens oculis obtulit ora meis.  
 Obstipui, sensique metu riguisse capillos,  
 10 Et gelidum subito frigore pectus erat.  
 Ille tenens baculum dextra clavemque sinistra  
 Edidit hos nobis ore priore sonos:  
 ,Disce metu posito, vates operose dierum,  
 Quod petis, et voces percipe mente meas.  
 15 Me Chaos antiqui — nam sum res prisca — vocabant.

17. *Tarp. in arces i. e. Capitolium*, wohin sich die ihr Amt am 1. Januar antretenden Consuln, von dem Senate, den Rittern und dem Volke begleitet, in Procession begaben, um dem Capitolinischen Juppiter zu opfern. — *intactus* u. 18 *concolor i. e. candidus*. — 19. *purpura i. e. toga praetexta*, das Amtskleid der curulischen Magistrate. — 20. *ebur i. e. sella curulis*, mit leuchtendem (*conspicuum*) Elfenbein ausgelegt, der Amtsstuhl, auf den sich die Consuln (*nova pondera*) zum ersten Male auf dem Capitol setzten. — 21. *iuveni*, weisse, aus dem Gebiete der Faliscer. — 26. *rerum potente*, weltbeherrschend.

3. Fortsetzung. — 7. *anceps = biceps*. — 12. *os prius*, vorderer Mund. — 13. *operose*, wegen der mühevollen Forschungen, vgl. *Fast.* 1, 7. — *res*, Wesen.

- Aspice, quam longi temporis acta canam.  
 Lucidis hic aër, et quae tria corpora restant,  
 Ignis, aquae, tellus, unus acervus erat.  
 Ut semel haec rerum secessit lite suarum,  
 20 Inque novas abiit massa soluta domos,  
 Flamina petit altum, propior locus aëra cepit:  
 Sederunt medio terra fretumque solo.  
 Tunc ego, qui fueram globus et sine imagine moles,  
 In faciem redii dignaque membra deo.  
 25 Nunc quoque, confusae quondam nota parva figurae,  
 Ante quod est in me postque, videtur idem.  
 Accipe, quaesitae quae causa sit altera formae,  
 Hanc simul ut noris officiumque meum.  
 Quicquid ubique vides, caelum, mare, nubila, terras,  
 30 Omnia sunt nostra clausa patentque manu.  
 Me penes est unum vasti custodia mundi,  
 Et ius vertendi cardinis omne meum est.  
 Cum libuit Pacem placidis emittere tectis,  
 Libera perpetuas ambulat illa vias.  
 35 Sanguine letifero totus miscebitur orbis,  
 Ni teneant rigidae condita bella serae.  
 Praesideo foribus caeli cum mitibus Horis:  
 It, redit officio Iuppiter ipse meo.  
 Inde vocor Ianus. Cui cum Cereale sacerdos  
 40 Imponit libum farraque mixta sale,  
 Nomina ridebis: modo namque Patuleius idem

16. *quam longi temporis*, gen. qual. — 17. *corpora* 'Elemente'. — *haec* verb. mit *massa* (Urstoff) *soluta*. — 21. *petit = petiit*. — 22. *sederunt = subsederunt*. — *medio solo*: die Erde dachte man sich im festen Raume in der Mitte des Weltalls. — 23. *moles* 'Klumpen'. — 24. *in faciem redii* 'gelangte zu einer (bestimmten) Gestalt'. — 25. *nota . . . figurae*, Appos. zum ganzen Satze. — 26. *postque i. e. et quod post est in me*. — 32. *vertere* 'drehen'; denn die Thüre der Alten drehte sich beim Oeffnen und Schliessen mittels zweier Zapfen (*cardines*), die unten in der Schwelle und oben in dem Querbalken staken. — 36. *tenere condita* vgl. *obsessum tenere* 'in Gewahrsam halten' (vgl. *in carcerem condere*). — 38. *officio meo* 'unter meiner Obliegenheit'. — 39. *Cui: mihi*. — *Cereale libum* ein aus Fruchtmehl und Honig bereiteter Kuchen. — 40. *imponit aris*. — *farra m. sale* = *mola salsa*. — 41. *nomina ridebis* ist dem Gedanken nach nicht Nachsatz, sondern das Folgende.

- Et modo sacrificio Clusius ore vocor.  
 Scilicet alterno voluit rudis illa vetustas  
 Nomine diversas significare vices.
- 45 Vis mea narrata est, causam nunc disce figurae:  
 Tam tamen hanc aliqua tu quoque parte vides.  
 Omnis habet geminas, hinc atque hinc, ianua frontes,  
 E quibus haec populum spectat, at illa larem.  
 Utque sedens primi vester prope limina tecti
- 50 Ianitor egressus introitusque videt,  
 Sic ego perspicio, caelestis ianitor aulae,  
 Eoas partes hesperiasque simul.  
 Ora vides Hecates in tres vertentia partes,  
 Servet ut in ternas compita secta vias.
- 55 Et mihi, ne flexu cervicis tempora perdam,  
 Cernere non moto corpore bina licet.  
 Dixerat: et vultu, si plura requirere vellem,  
 Difficilem mihi se non fore fassus erat.  
 Sumpsit animum, gratesque deo non territus egi,
- 60 Verbaque sum spectans pauca locutus humum:  
 Dic, age, frigoribus quare novus incipit annus,  
 Qui melius per ver incipiendus erat?  
 Omnia tunc florent, tunc est nova temporis aetas,  
 Et nova de gravido palmitis gemma tumet;
- 65 Et modo formatis operitur frondibus arbor,  
 Prodit et in summum seminis herba solum:  
 Et tepidum volucres concentibus aëra mulcent,  
 Ludit et in pratis luxuriatque pecus.  
 Tum blandi soles, ignotaque prodit hirundo
- 70 Et luteum celsa sub trabe figit opus:  
 Tum patitur cultus ager et renovatur aratro:  
 Haec anni novitas iure vocanda fuit.  
 Quaesieram multis; non multis ille moratus  
 Contulit in versus sic sua verba duos:
- 75 Bruma novi prima est, veterisque novissima solis:

44. *vices*, syn. *officium*. — 46. *hanc causam*. — 48. *larem* (eig. Schutzgott des Hauses, der in einer Nische vorne in der Flur (*primi tecti*) oder im Atrium stand), hier so viel als: das Innere des Hauses. — 69. *ignota*, im Winter. — 72. *novitas anni*, i. e. *novus annus*; das Adj., worauf der Nachdruck liegt, ist substantiv. — 75. *bruma*, das Wintersolstitium (von Cäsar auf den 25. Dec. gesetzt). — *solis novi*, der wieder längere Tage bringenden Sonne.

- Principium capiunt Phoebus et annus idem.  
 Post ea mirabar, cur non sine litibus esset  
 Prima dies. Causam percipe! Ianus ait.  
 Tempora commisi nascentia rebus agendis,  
 80 Totus ab auspicio ne foret annus iners.  
 Quisque suas artes ob idem delibat agendo,  
 Nec plus quam solitum testificatur opus.  
 Mox ego, Cur, quamvis aliorum numina placem,  
 Iane, tibi primum tura merumque fero?  
 85 Ut possis aditum per me, qui limina servo,  
 Ad quoscumque voles inquit habere deos.  
 At cur laeta tuis dicuntur verba Kalendis,  
 Et damus alternas accipimusque preces?  
 Tum deus incumbens baculo, quem dextra gerebat,  
 90 Omnia principiis inquit inesse solent.  
 Ad primam vocem timidas advertitis aures,  
 Et visam primum consulit augur avem.  
 Templata patent auresque deum, nec lingua caducas  
 Concipit ulla preces, dictaque pondus habent.  
 95 Desierat Ianus: nec longa silentia feci,  
 Sed tetigi verbis ultima verba meis:  
 Quid vult palma sibi rugosaque carica, dixi,  
 Et data sub niveo condita mella cado?  
 Omen ait causa est, ut res sapor ille sequatur,  
 100 Et peragat coeptum dulcis ut annus iter.  
 Dulcicia cur dentur, video: stipis adice causam,

79. *committiere*, übergeben, zu etwas bestimmen. — 80. *ab auspicio*: Unthätigkeit am 1. Jahrestage würde eine Vorbedeutung für Unthätigkeit im ganzen Jahre sein; darum (*ob idem*) machte jeder wenigstens einen kleinen Anfang (*delibare*) in seinem Geschäft (*artes*), verkostete es gleichsam; zugleich sollte der gute Anfang ein *omen* für den guten Erfolg des ganzen Jahres sein, vgl. 90. Um seine Amtsthätigkeit einzuweihen, bestieg daher auch an diesem Tage der Praetor sein Tribunal, nicht um in der That Recht zu sprechen; daher besteht zwischen 76 und *Fast.* 2, 11 kein Widerspruch. — 82. *nec* (aber nicht) *plus erg. facit*. — 87. *laeta verba*, vgl. *Fast.* 2, 9 u. 10. — 93. u. 94. vgl. 85. u. 86. — 97. *Quid vult sibi?* was soll? vgl. Gramm. § 199, A. 1. Im Folgenden ist von den am Neujahrstage üblichen Geschenken (*strenae*) die Rede: von getrockneten (daher *rugosa*) Datteln (*palma*), Feigen, die man mit Gold überzog, Honig und Geldgeschenken (*stipes*). — 99. *res*, die Dinge des Jahres. — 101. *stips* ein alter *as* (vgl. v. 132) mit Januskopf und Schiff.



- Pars mihi de festo nē labet ulla tuo.  
 Risit, et ‚O quam te fallunt tua saecula,‘ dixit  
 ‚Qui stipe mel sumpta dulcius esse putas!  
 105 Vix ego Saturno quemquam regnante videbam,  
 Cuius non animo dulcia luera ferent.  
 Tempore crevit amor, qui nunc est summus, habendi  
 Vix ultra, quo iam progrediatur, habet.  
 Pluris opes nunc sunt, quam prisca temporis annis,  
 110 Dum populus pauper, dum nova Roma fuit:  
 Dum casa Martigenam capiebat parva Quirinum,  
 Et dabat exiguum fluminis ulva torum.  
 Iuppiter angusta vix totus stabat in aede,  
 Inque Iovis dextra fictile fulmen erat.  
 115 Frondibus ornabant, quae nunc Capitolia gemmis,  
 Pascebatque suas ipse senator oves.  
 Nec pudor in stipula placidam cepisse quietem  
 Et faenum capiti supposuisse fuit.  
 Iura dabat populis posito modo praetor aratro,  
 120 Et levis argenti lamina crimen erat.  
 At postquam fortuna loci caput extulit huius,  
 Et tetigit summo vertice Roma deos,  
 Creverunt et opes et opum furiosa cupido,  
 Et, cum possideant plurima, plura petunt.  
 125 Quaerere, ut absument, absumpta requirere certant,  
 Atque ipsae vitii sunt alimenta vices.  
 Sic quibus intumuit suffusa venter ab unda,  
 Quo plus sunt potae, plus sitiuntur aquae.  
 In pretio pretium nunc est: dat census honores,  
 130 Census amicitias, pauper ubique iacet.

102. *labare*, zweifelhaft sein'. — 114. *fictile*, aus Thon gebrannt; die Statuen dieser Zeit waren aus demselben Stoffe, während die des Capitolinischen Juppiter späterer Zeit aus Gold und Elfenbein gebildet war. — 115. constr. *Frond. orn. Cap., quae nunc gemmis ornant*. — 119. *iura dabat*, sprach Recht'. — 120. Der prachtliebende Consular Corn. Rufinus wurde vom Censor Fabricius aus der Senatorenliste gestrichen, weil er 10 Pfund verarbeitetes Silber im Gebrauch hatte. — 126. *vices*: der Wechsel des Erwerbens (beim Mangel) und des Verschwendens nährt *avaritia* und *luxuria*. — 127. ergänze *ab his* vor *quibus*. — 128. *plus sitiuntur aquae* desto mehr dürstet man nach Wasser, vgl. Gramm. § 186, 3. — 129. *in pretio pretium* gilt nur 'das Geld'.

- Tu tamen auspiciū si sit stipis utile, quaeris,  
 Curque iuvent vestras aera vetusta manus?  
 Aera dabant olim; melius nunc omen in auro est,  
 Victaque concessit prisca moneta novae.  
 135 Nos quoque templa iuvant, quamvis antiqua probemus,  
 Aurea; maiestas convenit ista deo.  
 Laudamus veteres, sed nostris utimur annis;  
 Mos tamen est aequae dignus uterque coli.  
 Finierat monitus. Pavidis ita rursus, ut ante,  
 140 Clavigerum verbis alloquor ipse deum:  
 ‚At cur pace lates, motisque recluderis armis?  
 Nec mora, quaesiti reddita causa mihi est.  
 ‚Ut populo reditus pateant ad bella profecto,  
 Tota patet dempta ianua nostra sera.  
 145 Pace fores obdo, ne qua discedere possit;  
 Caesareoque diu nomine clusus ero.  
 Dixit, et attollens oculos diversa tuentes  
 Aspexit, toto quicquid in orbe fuit.  
 Pax erat: et, vestri, Germanice, causa triumphi,  
 150 Tradiderat famulas iam tibi Rhenus aquas.  
 Iane, face aeternos pacem pacisque ministros,  
 Neve suum, praesta, deserat auctor opus.

#### 4. LOB DER STERNKUNDE.

- Quis vetat et stellas, ut quaeque oriturque caditque,  
 Dicere? promissi pars sit et ipsa mei.  
 Felices animae, quibus haec cognoscere primis  
 Inque domus superas scandere cura fuit!  
 5 Credibile est illos pariter vitiisque locisque  
 Altius humanis exseruisse caput.  
 Non venus et vinum sublimia pectora fregit,

131 *Tu . . . quaeris* vgl. 101. — *auspiciū* = *omen* vgl. 99 u. 133. — *si, ob'*. — 134. *novae*: goldene Münzen gab es seit 217 v. Chr. — 137. *veteres annos* (Zeit). — 144. *sera* ‚Querbalken‘ (wegnehmbar; denn die Schlösser waren nicht an den Thüren befestigt). — 145. *qua*, Adv. — 146. *Caesareo nomine*, durch den Ruhm (Schrecken) seines Namens. — 149. *vestri causa tri*, Appos. zum Satze. — 150. *famulas* ‚dienstbar‘. — *Rhenus*, personificirt. — 151. *face* = *fac*. — 152. *auctor pacis*, Germanicus.

- Officiumve fori, militiaeve labor.  
 Nec levis ambitio, perfusaque gloria fuco,  
 10 Magnarumque fames sollicitavit opum.  
 Admovere oculis distantia sidera nostris,  
 Aetheraque ingenio supposuere suo.  
 Sic petitur caelum, non ut ferat Ossa Olympus,  
 Ipsaque Peliacus sidera tangat apex.  
 15 Nos quoque sub ducibus caelum metabimur illis,  
 Ponemusque suos ad vaga signa dies.

## 5. EVANDER UND CARMENTA; HERCULES UND CACUS.

- Unde petam causas horum moremque sacrorum?  
 Diriget in medio quis mea vela freto?  
 Ipsa mone, quae nomen habes a carmine ductum,  
 Propositoque fave, ne tuus erret honor.  
 5 Orta prior luna — de se si ereditur ipsi —  
 A magno tellus Arcade nomen habet.  
 Hic fuit Euander, qui, quamquam clarus utroque,  
 Nobilior sacrae sanguine matris erat.  
 Quae simul aethereos animo conceperat ignes,  
 10 Ore dabat pleno carmina vera dei.  
 Dixerat haec nato motus instare sibi que,  
 Multaque praeterea, tempore nacta fidem.  
 Nam iuvenis nimium vera cum matre fugatus  
 Deserit Arcadium Parrhasiumque larem.  
 15 Cui genetrix flenti 'Fortuna viriliter' inquit, —

4. 11. *oculis nostris*, durch Sternkarten. — 13. *non (sic)* ut etc. Anspielung auf den Kampf der Giganten mit Iuppiter, vgl. *Met.* 1, 63 ff. — 16. *suos*, die ihnen zukommenden.

5. Zu den *carmentalia* am 11. Januar Diese waren ein Hauptfest der röm. Matronen, die in der hilfreichen und weissagenden Mutter des Evander (Carmenta oder Carmentis) eine Geburtsgöttin verehrten. — 4. *tuus honor* d. i. das dich ehrende Gedicht. — 5. *ipsi Arcadiae*, dessen Bewohner, von der dorischen Wanderung unberührt, sich als Autochthonen und *αὐτοχθόνες* betrachteten. — 7. *utroque sanguine*. — 9. *ignes*, der sich in feuriger Begeisterung offenbarende Geist der Weissagung, eine Gabe der Götter (*aethereos*). — *conceperat*, vgl. Gramm. § 301, b. — 10 *carmina*, das weissagende Lied. — 12. *nacta*, Accus. — 14. *Parrhas*, *larem* i. e. die arcadische Heimat, vgl. *penates*, *Met.* 2, 12.

- Siste, precor, lacrimas! — ista ferenda tibi est.  
 Sic erat in fatis; nec te tua culpa fugavit,  
 Sed deus; offenso pulsus es urbe deo.  
 Non meriti poenam pateris, sed numinis iram.  
 20 Est aliquid magnis crimen abesse malis.  
 Conscia mens ut cuique sua est, ita concipit intra  
 Pectora pro facto spemque metumque suo.  
 Nec tamen ut primus maere mala talia passus;  
 Obruit ingentes ista procella viros:  
 25 Passus idem est Tyriis qui quondam pulsus ab oris  
 Cadmus in Aonia constitit exsul humo;  
 Passus idem Tydeus et idem Pagasaeus Iason,  
 Et quos praeterea longa referre mora est.  
 Omne solum forti patria est, ut piscibus aequor,  
 30 Ut volucris, vacuo quicquid in orbe patet.  
 Nec fera tempestas toto tamen horret in anno.  
 Et tibi, crede mihi! tempora veris erunt.  
 Vocibus Euander firmata mente parentis  
 Nave secat fluctus, Hesperiamque tenet.  
 35 Puppibus egressus Latia stetit exsul in herba —  
 Felix, exsilium cui locus ille fuit! —  
 Nec mora longa fuit: stabant nova tecta, neque alter  
 Montibus Ausoniis Arcade maior erat.  
 Ecce boves illuc Erytheidas applicat heros  
 40 Emensus longi claviger orbis iter.  
 Dumque huic hospitium domus est Tegeaea, vagantur  
 Incustoditae laeta per arva boves.  
 Mane erat: excussus somno Tirynthius actor  
 De numero tauros sentit abesse duos.  
 45 Nulla videt quaerens taciti vestigia furti;  
 Traxerat aversos Cacus in antra feros,

18. *urbe*, *Pallanteo*. — 19. *meriti* 'Schuld'. — 25. constr.: *passus idem est Cadmus, qui Tyriis* etc. Zur Sache, vgl. *Met.* 7, 1 ff. — 30. *orbe* 'Weltall'. — 34. *tenere* i. e. *cursum tenere* 'den Lauf richten nach'. — 36. wehmüthiger Zusatz des zu Tomi am schwarzen Meere in der Verbannung lebenden Dichters. — 39. *Erytheidas* von Erythea. Insel im Gaditanischen Meerbusen, wo er die Rinder des Riesen Geryon erbeutet hatte. — *applicat* = *appulit*. — 41. *Tegeaeus* von Tegea, Stadt in Arcadien, der früheren Heimat Evanders. — 43. *Tirynthius*, Hercules war in Tiryns geboren.

- Cacus, Aventinae timor atque infamia silvae,  
Non leve finitimis hospitibusque malum.  
Dira viro facies, vires pro corpore, corpus  
50 Grande; pater monstri Muleiber huius erat;  
Proque domo longis spelunca recessibus ingens  
Abdita, vix ipsis invenienda feris.  
Ora super postes adfixaque brachia pendent,  
Squalidaque humanis ossibus albet humus.  
55 Servata male parte boum, Iove natus, abibas:  
Mugitum rauco furta dedere sono.  
,Accipio revocamen' ait, vocemque secutus  
Impia per silvas victor ad antra venit.  
Ille aditum fracti praestruxerat obice montis:  
60 Vix iuga movissent quinque bis illud opus.  
Nititur hic umeris — caelum quoque sederat illis —  
Et vastum motu collabefactat onus.  
Quod simul eversum est, fragor aethera terruit ipsum,  
Ictaque subsedit pondere molis humus.  
65 Prima movet Cacus collata proelia dextra,  
Remque ferox saxis stipitibusque gerit.  
Quis ubi nil agitur, patrias male fortis ad artes  
Confugit, et flammis ore sonante vomit.  
Quas quotiens proflat, spirare Typhoea credas,  
70 Et rapidum Aetnaeo fulgur ab igne iaci.  
Occupat Alcides, adductaque clava trinodis  
Ter quater adversi sedit in ore viri.  
Ille cadit, mixtosque vomit cum sanguine fumos,  
Et lato moriens pectore plangit humum.  
75 Immolat ex illis taurum tibi, Iuppiter, unum  
Victor, et Euandrum ruricolaeque vocat.  
Constituitque sibi, quae Maxima dicitur, aram,  
Hic ubi pars Urbis de bove nomen habet.

53. *adfixaque*, *que* gehört zu *brachia*. — 55. *abibas* etc. *i. e.* *iam abiturus eras*, (*cum*) *mugitum* etc. — 57. *accipio rev.* vgl. *omen accipere*. — 58. *victor*: unter dem Beinamen ‚der Siegreiche‘ wurde er an der *ara maxima* (vgl. 77) in einem Tempel verehrt. — 60. *iuga boum*. — 61. *sederat*, als Atlas für ihn die Äpfel der Hesperiden holte. — *motu umerorum*. — 65. *collata dextra*, vgl. *arma, manus conferre cum aliquo*. — 67. *quis* = *quibus*. — *male fortis* vgl. v. 55 *male servata*. — 71. *occupat*, ‚kommt zuvor‘. — *adducta*: er zog die Keule an sich (*adduxit*), um auszuholen. — 78. *pars Urbis, forum boarium*.

- Nec tacet Euandri mater prope tempus adesse,  
80 Hercule quo tellus sit satis usa suo.  
At felix vates, ut dis gratissima vixit,  
Possidet hunc Iani sic dea mense diem.

### 6. ZUM FESTE FÜR EINE GUTE ERNTE.

- State coronati plenum ad praesepe iuveni;  
Cum tepido vestrum vere redibit opus.  
Rusticus emeritum palo suspendat aratrum:  
Omne reformidat frigida vulnus humus.  
5 Vilice, da requiem terrae, semente peracta  
Da requiem, terram qui coluere, viris.  
Pagus agat festum; pagum lustrate, coloni,  
Et date paganis annua liba focis.  
Placentur frugum matres, Tellusque Ceresque,  
10 Farre suo gravidae visceribusque suis.  
Officium commune Ceres et Terra tuentur:  
Haec praebet causam frugibus, illa locum.  
Consortes operis, per quas correcta vetustas,  
Quernaque glans victa est utiliore cibo,  
15 Frugibus immensis avidos satiate colonos,  
Ut capiant cultus praemia digna sui.  
Vos date perpetuos teneris sementibus auctus,  
Nec nova per gelidas herba sit usta nives.  
Cum serimus, caelum ventis aperite serenis:  
20 Cum latet, aetherea spargite semen aqua.

82. *diem*, den 11. Januar besitzt sie als ihrer Gottheit geweiht.  
6. dies bewegliche Fest hiess *paganalia*; es wurde im Januar nach beendeter Aussaat von der versammelten Bauernschaft eines Gaus zu Ehren seiner Götter, insbesondere der Tellus und Ceres, mit ländlichen Lustbarkeiten begangen. — 4. *vulnus*, durch die Pflugschar. — 8. *liba*, Fladen aus Spelt (farre 10), Honig und Oel. — *focis*: der Herd bildet den religiösen Mittelpunkt des Hauses, wie des Gaus und des Staates, vgl. den Vestacult. — 10. *farre*: Spelt war ihr gewöhnliches Opfer; *suo*, weil sie ihn hatten wachsen lassen. — 12. *haec*, auf *Ceres* als die Ursache, die Urheberin des Ackerbaues zu beziehen (nach einer anderen Erklärung *causa* hier = ‚Keim‘), *illa* auf *Terra*. — 14. *querna glans*, die Eicheln der Zerreiche und Speiseeiche werden noch jetzt gegessen. — 15. *avidos*, weil unzufrieden mit mässiger Ernte.

- Neve graves cultis Cerealia dona, cavete,  
 Agmine laesuro depopulentur aves.  
 Vos quoque, formicae, subiectis parcite granis:  
 Post messem praedae copia maior erit.  
 25 Interea crescat scabrae robiginis expers,  
 Nec vitio caeli palleat aegra seges.  
 Et neque deficiat macie, neque pinguior aequo  
 Divitiis pereat luxuriosa suis.  
 Et careant loliis oculos vitiantibus agri,  
 30 Nec sterilis culto surgat avena solo.  
 Triticeos fetus, passuraque farra bis ignem,  
 Hordeaque ingenti faenore reddat ager!  
 Haec ego pro vobis; haec vos optate coloni,  
 Efficiatque ratas utraque diva preces.  
 35 Bella diu tenere viros; erat aptior ensis  
 Vomere; cedebat taurus arator equo.  
 Sarcula cessabant, versique in pila ligones,  
 Factaque de rastro pondere cassis erat.  
 Gratia dis domuique tuae, religata catenis  
 40 Iampridem vestro sub pede bella iacent.  
 Sub iuga bos veniat, sub terras semen aratas.  
 Pax Cererem nutrit, pacis alumna Ceres.

## 7. AM FESTE DES FRIEDENS.

- Ipsum nos carmen deduxit Pacis ad aram,  
 Haec erit a mensis fine secunda dies.  
 Frondibus Actiacis comptos redimita capillos  
 Pax ades, et toto mitis in orbe mane.  
 5 Dum desint hostes, desit quoque causa triumphii.

21. constr. *et cavete, ne graves* (unheilvoll) *cultis aves etc.* —  
 26. *aegra*, proleptisch. — 29. *loliium* 'Lolch', gleich dem Wind-  
 hafer ein Unkraut. — 31. *bis ignem*, zuerst beim Rosten, dann beim  
 Backen. — 39. *tuae i. e. Germanici*. — 39. *religata*, vgl.  
*Fast.* 3, 36.

7. am 30. Januar, als dem Tage der Einweihung der *ara  
 pacis*, im J. 9 v. Chr.; sie stand auf dem Marsfelde und war vier  
 Jahre vorher, nach der Rückkehr des Augustus aus Spanien und  
 Gallien, vom Senate beschlossen worden. — 3. *Actiacis*, vom Siege  
 bei Actium, der dem römischen Reiche Frieden bringen sollte.

- Tu ducibus bello gloria maior eris.  
 Sola gerat miles, quibus arma coerceat, arma,  
 Canteturque fera nil nisi pompa tuba.  
 Horreat Aeneadas et primus et ultimus orbis;  
 10 Siqua parum Romam terra timebat, amet.  
 Tura, sacerdotes, Pacalibus addite flammis,  
 Albaque percussa victima fronte cadat.  
 Utque domus, quae praestat eam, cum pace perennet,  
 Ad pia propensos vota rogate deos:

## S. ARION.

- Quod mare non novit, quae nescit Ariona tellus?  
 Carmine currentes ille tenebat aquas.  
 Saepe sequens agnam lupus est a voce retentus:  
 Saepe avidum fugiens restitit agna lupum.  
 5 Saepe canes leporesque umbra cubuere sub una,  
 Et stetit in saxo proxima cerva leae:  
 Et sine lite loquax cum Palladis alite cornix  
 Sedit, et accipitri iuncta columba fuit.  
 Cynthia saepe tuis fertur, vocalis Arion.  
 10 Tamquam fraternis obstipuisse modis.  
 Nomen Arionium Siculas impleverat urbes,  
 Captaque erat lyricis Ausonis ora sonis.  
 Inde domum repetens puppem conscendit Arion,  
 Atque ita quaesitas arte ferebat opes.  
 15 Forsitan, infelix, ventos undasque timebas;  
 At tibi nave tua tutius aequor erat.  
 Namque gubernator dstricto constitit ense,  
 Ceteraque armata conscia turba manu.

6. *ducibus* d. i. dem Kaiserhaus. — 9. *Aeneadae*, Augustus  
 und sein Haus, das seinen Stammbaum bis auf Iulus, den Sohn des  
 Aeneas, zurückführte. — 11. *flammae Pacales* d. i. der Altar der  
 Friedensgöttin, auf dem das Opferfeuer brennt. — 13. *domus Iulia*.  
 — *praestare* 'sichern'.

8, 7. *Palladis ales*, Eule; Minerva hasste die Krähe wegen  
 Ausplauderns eines Geheimnisses, daher auch die Feindschaft zwischen  
 der Krähe und der schweigsamen Eule. — 9. *Cynthia*, Diana. —  
 12. *Ausonis*, italisch. — 14. *ita, navi*. — 18. *conscia* (*guber-  
 natori*) 'mitverschoren'.

- Quid tibi cum gladio? dubiam rege, navita, puppem.  
 20 Non haec sunt digitis arma tenenda tuis.  
 Ille, metu vacuus, 'Mortem non deprecor' inquit,  
 'Sed liceat sumpta pauca referre lyra.'  
 Dant veniam, ridentque moram. Capit ille coronam,  
 Quae possit crines, Phoebe, decere tuos;  
 25 Induerat Tyrio bis tinctam murice pallam;  
 Reddidit icta suos pollice chorda sonos,  
 Flebilibus numeris veluti canentia dura  
 Traiectus pinna tempora cantat olor.  
 Protinus in medias ornatus desilit undas:  
 30 Spargitur impulsa caerulea puppis aqua.  
 Inde — fide manus — tergo delphina recurvo  
 Se memorant oneri supposuisse novo.  
 Ille sedens citharamque tenet, pretiumque vehendi  
 Cantat, et aequoreas carmine mulcet aquas.  
 35 Di pia facta vident: astris delphina recepit  
 Iuppiter, et stellas iussit habere novem.

9. DER 13. FEBRUAR. TOD DER 306 FABIER.

- Idibus agrestis fumant altaria Fauni,  
 Hic ubi discretas insula rumpit aquas.  
 Haec fuit illa dies, in qua Veientibus arvis  
 Ter centum Fabii ter cecidere duo.  
 5 Una domus vires et onus susceperat urbis;  
 Sumunt gentiles arma professa manus.  
 Egreditur castris miles generosus ab isdem,  
 E quis dux fieri quilibet aptus erat.

19. *Quid tibi* etc., Anrede des Dichters. — *dubiam* ‚schwankend‘. — 25. *palla*, vgl. *Met.* 26, 78. — 27. *numeris* (Rhythmen) ‚Weisen‘. — constr.: *veluti olor dura pinna* (befiedertem Pfeil) *tempora canentia* (von *canco*) *traiectus*. — 30. *impulsa*, durch den Sprung. — *pretium cantat*, singt ein Lied als Preis.

10, 2. *discretas*, proleptisch. — 5. *onus* der Vertheidigung der Stadt; *vires* die Macht der Stadt. — 6. *gentiles*, *unius gentis*. — *professa* (passivisch), angetragen (der Stadt). — 7. *miles*, opp. *dux*, als Gemeiner. — *castris ab isdem*, aus einem und demselben Hause. — 8. *e quis* geht auf das collective *miles*.

- Carmentis portae dextro est via proxima iano:  
 10 Ire per hanc noli, quisquis es: omen habet.  
 Ut celeri passu Cremeram tetigere rapacem —  
 Turbidus hibernis ille fluebat aquis —  
 Castra loco ponunt: dstrictis ensibus ipsi  
 Tyrrhenum valido Marte per agmen eunt.  
 15 Non aliter, quam cum Libyca de rupe leones  
 Invadunt sparsos lata per arva greges.  
 Diffugiunt hostes, inhonestaque vulnera tergo  
 Accipiunt: Tusco sanguine terra rubet.  
 Sic iterum, sic saepe cadunt. Ubi vincere aperte  
 20 Non datur, insidias armaque tecta parant.  
 Campus erat, campi clauderant ultima colles  
 Silvaeque, montanas occulere apta feras.  
 In medio paucos armentaue rara relinquunt,  
 Cetera virgultis abdita turba latet.  
 25 Ecce velut torrens, undis pluvialibus auctus  
 Aut nive, quae zephyro victa tepente fluit,  
 Per sata perque vias fertur, nec, ut ante solebat,  
 Riparum clausas margine finit aquas:  
 Sic Fabii vallem latis discursibus implent,  
 30 Quodque vident, sternunt, nec metus alter inest.  
 Quo ruitis, generosa domus? male creditis hosti.  
 Simplex nobilitas, perfida tela cave!  
 Fraude perit virtus. In apertos undique campos  
 Prosiliunt hostes, et latus omne tenent.  
 35 Quid faciant pauci contra tot milia fortes?  
 Quidve, quod in misero tempore restet, habent?  
 Sicut aper, longe silvis Laurentibus actus,  
 Fulmineo celeres dissipat ore canes,  
 Mox tamen ipse perit: sic non moriuntur inulti,  
 40 Vulneraque alterna dantque feruntque manu.  
 Una dies Fabios ad bellum miserat omnes:  
 Ad bellum missos perdidit una dies.

9. *Carmentis*, Gen.; das Thor hatte mehr als einen Durchgang (*ianum*) — zum Abl. *iano* vgl. *Gramm.* § 241, 2. — *via*, in das Vejentergebiet. — 14. *Tyrrhenum i. e. Etruscorum*, zu denen die Vejenter gehörten. — 28. *clausas*, proleptisch. — 31. *male* zum Unglück. — 38. *Fulmineo ore* vgl. *Met.* 3, 44.

- Ut tamen Herculeae superessent semina gentis,  
Credibile est ipsos consuluisse deos.  
45 Nam puer impubes et adhuc non utilis armis  
Unus de Fabia gente relictus erat:  
Scilicet ut posses olim tu, Maxime, nasci,  
Cui res cunctando restituenda foret.

## 10. DER RABE, DIE SCHLANGE UND DER KRUG.

- Continuata loco tria sidera, Corvus et Anguis.  
Et medius Crater inter utrumque iacet.  
Idibus illa latent; oriuntur nocte sequenti.  
Quae sibi cur tria sint consociata, canam.  
5 Forte Iovi Phoebus festum sollemne parabat —  
Non faciet longas fabula nostra moras —  
,I, mea' dixit ,avis, ne quid pia sacra moretur,  
Et tenuem vivis fontibus adfer aquam.'  
Corvus inauratum pedibus cratera recurvis  
10 Tollit, et aërium pervolat altus iter.  
Stabat adhuc duris ficus densissima pomis;  
Temptat eam rostro: non erat apta legi.  
Immemor imperii sedisse sub arbore fertur,  
Dum fierent tarda dulcia poma mora.  
15 Iamque satur nigris longum rapit unguibus hydram,  
Ad dominumque redit, fictaque verba refert;  
,Hic mihi causa morae, vivarum obsessor aquarum:  
Hic tenuit fontes officiumque meum'.  
,Addis' ait ,eulpa'e mendacia', Phoebus ,et audes  
20 Fatidicum verbis fallere velle deum?'

43. *Herculeae*: die Fabier leiteten ihr Geschlecht von Hercules und einer Tochter des Evander ab. — 47. *Maxime* (*Qu. Fabius M. Cunctator*). — 48. *res i. e. res publica*.

10. Aufgang des Gestirns 14. Febr. vgl. v. 3. — *continuata loco*, in ihrer Stellung verbunden. — 7. Der Rabe erscheint in der griech., röm. u. nordischen Mythologie als Göttern heilig und mehr oder weniger als prophetischer Vogel (daher *mea avis*). — 8. *tenuis* ,klar'. — *vivis fontibus*, vgl. *Met.* 7, 26 u. 27. — 14. *tarda*: *animo cupienti nihil satis festinatur* (*Sall.*). — 18. *tenuit*, bei den zwei Objecten in verschiedener Bedeutung.

- At tibi, dum lactens haerebit in arbore ficus,  
De nullo gelidae fonte bibentur aquae'.  
Dixit; et, antiqui monumenta perennia facti,  
Anguis, Avis, Crater sidera iuncta micant.

## 11. DAS LUPERCALIENFEST.

- Tertia post Idus nudos Anrora Lupercos  
Aspicit, et Fauni sacra bicornis eunt.  
Dicite, Pierides, sacrorum quae sit origo,  
Attigerint Latias unde petita domos?  
5 Pana deum pecoris veteres coluisse feruntur  
Arcades; Arcadii plurimus ille iugis.  
Pan erat armenti, Pan illic numen equarum:  
Munus ob incolumes ille ferebat oves.  
Transtulit Euander silvestria numina secum.  
10 Hic, ubi nunc Urbs est, tum locus urbis erat.  
Inde deum colimus devectaque sacra Pelasgis.  
Flamen ad haec prisco more Dialis erat.  
Cur igitur currant, et cur — sic currere mos est —  
Nuda ferant posita corpora veste, rogas?  
15 Ipse deus velox discurrere gaudet in altis  
Montibus, et subitas concitat ipse fugas.  
Ipse deus nudus nudos iubet ire ministros.  
Nec satis ad cursus commoda vestis erat.  
Ante Iovem genitum terras habuisse feruntur  
20 Arcades, et luna gens prior illa fuit.  
Vita feris similis, nullos agitata per usus:  
Artis adhuc expers et rude vulgus erat.

21. *tibi* = *a te*. Die Schlange darf den Raben nicht zum Krüge lassen; die Fabel veranlasste der Glaube der Alten, dass die Krähen zur Zeit des Reifens der Feigen aus Krankheit nicht tranken.

11. 1. Das Fest *Lupercalia*, am 15. Februar, zur Feier des Gottes Lupercus (Wolfsabwehrer?) = Faunus, der oft mit dem arcadischen Herdengott Pan identificirt wird. — *Luperci*, Priester des Faunus, welche an dem Festtage nackt in der Stadt umherliefen, mit einem Bocksfellgürtel um die Lenden; dabei schlugen sie die Begegnenden mit ledernen Riemen. — 6. *plurimus* ,am häufigsten'. — 8. *ferre* ,davontragen'. — 16. *subitas fugas* d. i. der sog. panische Schrecken. — 20. *luna prior*, vgl. *Fast.* 5, 5. — 21. *nullos ag. per usus* ,hingebracht ohne Bedürfnisse'.

- Pro domibus frondes norant, pro frugibus herbas;  
Nectar erat palmis hausta duabus aqua.
- 25 Nullus anhelabat sub adunco vomere taurus;  
Nulla sub imperio terra colentis erat:  
Nullus adhuc erat usus equi: se quisque ferebat;  
Ibat ovis lana corpora amicta sua.  
Sub Iove durabant et corpora nuda gerebant,
- 30 Docta graves imbres et tolerare notos.  
Nunc quoque detecti referunt monumenta vetusti  
Moris, et antiquas testificantur opes.  
Sed cur praecipue fugiat velamina Faunus,  
Traditur antiqui fabula plena iocci.
- 35 Cornipedi Fauno caesa de more capella,  
Venit ad exiguas turba vocata dapes.  
Dumque sacerdotes veribus transuta salignis  
Exta parant, medias sole tenente vias,  
Romulus et frater pastoralisque iuventus
- 40 Solibus et campo corpora nuda dabant.  
Caestibus et iaculis et misso pondere saxi  
Bracchia per lusus experienda dabant:  
Pastor ab excelso ‚Per devia rura iuvencoſ  
Romule, praedones, et Reme!‘ dixit ‚agunt.‘
- 45 Longum erat armari; diversis exit uterque  
Partibus; occursu praeda recepta Remi.  
Ut rediit, veribus stridentia detrahit exta,  
Atque ait: ‚Haec certe non nisi victor edet.‘  
Dicta facit, Fabiique simul. Venit irritus illuc
- 50 Romulus, et mensas ossaque nuda videt.  
Risit, et indoluit Fabios potuisse Remumque  
Vincere, Quintilios non potuisse suos.  
Fama manet facti: posito velamine currunt,  
Et memorem famam, quod bene cessit, habet.

29. *Iove i. e. divo.* — 31. *detecti Luperi.* — 38. *exta* d. i. Leber, Herz u. Lunge, welche zuerst verzehrt wurden. — 40. *solibus* ‚Sonnenglut‘. — *campo i. e.* den Uebungen im freien Felde, wie es später auf dem *campus Martius* üblich war. — 44. constr.: *praedones, Romule et Reme, agunt* etc. — 45. *diversis partibus* ‚mit seiner nach verschiedener Richtung sich wendenden Schar‘ (Partei). — 49. *Fabii*, Begleiter des Remus, wie v. 52 *Quintilii des* Romulus. — 54. *memor* ‚erinnernd‘ (an das Gelingen *bene cedere*) — 54. *quod bene cessit* ist Subj. zu *habet*.

## 12. ROMULUS UND REMUS AUSSETZUNG.

- Silvia Vestalis partus enixa gemellos  
Impio erat patruo regna tenente suo.  
Is iubet auferri parvos et in amne necari.  
Quid facis? ex istis Romulus alter erit!
- 5 Iussa recusantes peragunt lacrimosa ministri,  
Flent tamen, et geminos in loca iussa ferunt.  
Albula, quem Tiberim mersus Tiberinus in undis  
Reddidit, hibernis forte tumebat aquis.  
Hic, ubi nunc fora sunt, lintres errare videres,
- 10 Quaque iacent valles, Maxime Circe, tuae.  
Huc ubi venerunt — neque enim procedere possunt  
Longius — ex illis unus et alter ait:  
‚At quam sunt similes! at quam formosus uterque!  
Plus tamen ex illis iste vigoris habet.‘
- 15 Si genus arguitur vultu, nisi fallit imago,  
Nescio quem vobis suspicer esse deum! —  
‚At si quis vestrae deus esset originis auctor,  
In tam praecipiti tempore ferret opem.  
Ferret opem certe, si non ope mater egeret,
- 20 Quae facta est uno mater et orba die.  
Nata simul, moritura simul, simul ite sub undas,  
Corpora!‘ desierat, deposuitque sinu.  
Vagierunt ambo pariter; sensisse putares.  
Hi redeunt udis in sua tecta genis.
- 25 Sustinet impositos summa cavus alveus unda.  
Heu, quantum fati parva tabella tulit!  
Alveus in limo silvis appulsus opacis,  
Paulatim fluvio deficiente, sedet.

2. *patruo Amulio.* — 7. *Tiberinus.* König von Alba longa, von dem der Fluss Albula den Namen Tiber bekam. — 15. *arguitur*, syn. *indicator.* — 16. *patrem* ergänzt sich zwar leicht aus *genus* v. 15; aber der Redende setzt das Wort nicht hinzu, weil er im Folgenden diesen Gedanken verwirft. — 19. *ferret opem*: der Sage nach stürzte sie Amulius in den Anio oder Tiber; sie wurde aber gerettet und dem Flussgötter vermählt. — 23. *sensisse*, ihre Lage. — 25. *alveus* ‚Mulde‘.

- Arbor erat — remanent vestigia — quaeque vocatur  
 30 Rumina nunc ficus, Romula ficus erat.  
 Venit ad expositos — mirum! — lupa feta gemellos.  
 Quis credat pueris non nocuisse feram?  
 Non nocuisse parum est, prodest quoque; quos lupa nutrit,  
 Perdere cognatae sustinere manus!  
 35 Constitit, et cauda teneris blanditur alumnis,  
 Et fingit lingua corpora bina sua.  
 Marte satos scires: timor afruit, ubera ducunt,  
 Nec sibi promissi lactis aluntur ope.  
 Illa loco nomen fecit, locus ipse lupercis.  
 40 Magna dati nutrix praemia lactis habet. —  
 Martia ter senos proles adoleverat annos,  
 Et suberat flavae iam nova barba comae.  
 Omnibus agricolis armentorumque magistris  
 Iliadae fratres iura petita dabant.  
 45 Saepe domum veniunt praedonum sanguine laeti,  
 Et redigunt actos in sua rura boves.  
 Ut genus audierunt, animos pater editus auget,  
 Et pudet in paucis nomen habere casis:  
 Romuleoque cadit traiectus Amulius ense,  
 50 Regnaque longaevo restituuntur avo.

### 13. ROMS GRÜNDUNG UND REMUS' TOD.

- Iam luerat poenas frater Numitoris, et omne  
 Pastorum gemino sub duce vulgus erat.  
 Contrahere agrestes et moenia ponere utrique  
 Convenit; ambigitur, moenia ponat uter.  
 5 'Nil opus est' dixit 'certamine' Romulus, 'ullo;  
 Magna fides avium est: experiamur aves.'  
 Res placet, alter adit nemorosi saxa Palati;  
 Alter Aventinum mane cacumen init.  
 Sex Remus, hic volucres bis sex videt ordine; pacto

31. *feta*, activ. — 36. *bina c.* 'das Paar', vgl. Gramm. § 263. —  
 38. *nec*: die Negation gehört zu *promissi*. — 39. *nomen*, *Lupercal*. —  
 44. *Iliadae, filii Iliae*. — *iura dare* 'Recht sprechen'. — 46.  
*actos* = *abactos*. — 47. *edere*, vgl. S. 4, A. Zu *editus pater* vgl.  
*capta urbs* die Einnahme der Stadt. — 50. *avo Numitori*.  
 13, 2. *gemino sub duce, Romulo et Remo*.

- 10 Statur, et arbitrium Romulus urbis habet.  
 Apta dies legitur, qua moenia signet aratro.  
 Sacra Palis suberant; inde movetur opus.  
 Fossa fit ad solidum; fruges iaciuntur in ima,  
 Et de vicino terra petita solo.  
 15 Fossa repletur humo, plenaeque imponitur ara,  
 Et novus accenso fungitur igne focus.  
 Inde premens stivam designat moenia sulco;  
 Alba iugum niveo cum bove vacca tulit.  
 Vox fuit haec regis: 'Condenti, Iuppiter, urbem  
 20 Et genitor Mavors Vestaque mater, ades!  
 Quosque pium est adhibere deos, advertite cuncti  
 Auspiciis vobis hoc mihi surgat opus.  
 Longa sit huic aetas dominaeque potentia terrae,  
 Sitque sub hac oriens occiduusque dies.'  
 25 Ille precabatur, tonitru dedit omina laevo  
 Iuppiter, et laevo fulmina missa polo.  
 Augurio laeti iaciunt fundamina cives,  
 Et novus exiguo tempore murus erat.  
 Hoc Celer urget opus, quem Romulus ipse vocarat,  
 30 'Sint' que, 'Celer, curae' dixerat, 'ista tuae.  
 Neve quis aut muros, aut factam vomere fossam  
 Transeat: audentem talia dede neci'.  
 Quod Remus ignorans humiles contemnere muros  
 Coepit, et 'His populus' dicere, 'tutus erit?'  
 35 Nec mora, transiluit; rutro Celer occupat ausum.  
 Ille premit duram sanguinolentus humum.  
 Haec ubi rex didicit, lacrimas introrsus obortas  
 Devorat, et clausum pectore vulnus habet.  
 Flere palam non vult, exempla que fortia servat,  
 40 'Sic' que, 'meos muros transeat hostis' ait.  
 Dat tamen exsequias; nec iam suspendere fletum

10. *stare* mit *in* oder blossem Abl. 'beharren'. — 12. *sacra Palis*; der Festtag der Pales (am 21. April) galt als Gründungstag der Stadt; vgl. *Fast.* Nr. 31. — 13. *ad solidum*, bis zum festen Boden. — 13. *fruges iaciuntur, boni ominis gratia*. — 21. *advertite* = *animadvertite*. — 22. *auspiciis vobis* 'unter eurer Leitung'. — 23. *dominaeque, que* gehört zu *potentia*. — 24. *dies* = *sol* 'Welt- gegend'. — 30. *Celer, dux (tribunus) Celerum*, älteste Benennung der röm. Ritter als Schutzwache der Könige. — 35. *occupat* 'überfällt'.



- Sustinet, et pietas dissimulata patet.  
 Osculaque applicuit posito suprema feretro,  
 Atque ait, 'Invito frater adempte, vale!'  
 45 Arsurosque artus unxit; fecere, quod ille,  
 Faustulus et maestas Acca soluta comas.  
 Tum iuvenem nondum facti flevere Quirites.  
 Ultima plorato subdita flamma rogo est.  
 Urbs oritur — quis tunc hoc ulli credere posset? —  
 50 Victorem terris impositura pedem.  
 Cuncta regas et sis magno sub Caesare semper,  
 Saepe etiam pluris nominis huius habe;  
 Et quotiens steteris domito sublimis in orbe,  
 Omnia sint umeris inferiora tuis.

## 14. ROMS KLEINER ANFANG.

- 'Si licet occultos monitus audire deorum  
 Vatibus, ut certe fama licere putat,  
 Cum sis officii, Gradive, virilibus aptus,  
 Dic mihi, matronae cur tua festa colant.'  
 5 Sic ego; sic posita dixit mihi casside Mavors,  
 Sed tamen in dextra missilis hasta fuit:  
 'Nunc primum studiis pacis, deus utilis armis,  
 Advocor, et gressus in nova castra fero.  
 Nec piget incepti; iuvat hac quoque parte morari,  
 10 Hoc solam ne se posse Minerva putet.  
 Disce, Latinorum vates operose dierum,  
 Quod petis, et memori pectore dicta nota.  
 Parva fuit, si prima velis elementa referre,  
 Roma; sed in parva spes tamen huius erat.  
 15 Moenia iam stabant, populis angusta futuris,  
 Credita sed turbae tunc nimis ampla suae.

42. *pietas* 'Bruderliebe'. — 44. *invito mihi*. — 46. *Faustus* und *Acca (Larentia)*, die Pflegeeltern des Romulus und Remus. — 47. *Quirites*, nach der Sage erst so genannt seit der Vereinigung mit den Sabinern. — 48. *ultima*, vgl. Gramm. § 183, b. — 54. *umeris*, *non capite solum*.

14. 3. *cum*, concessiv. — 4. *festa i. e. Matronalia*, am 1. März. — 7. *utilis* 'geschickt'. — 11. vgl. *Fast.* 3, 13. — 14. *huius Romae*, *qualis nunc est*. — 15. *angusta*, vgl. Gramm. § 255 u. A.

- Quae fuerit nostri, si quaeris, regia nati,  
 Aspice de canna straminibusque domum.  
 In stipula placidi carpebat munera somni.  
 20 Et tamen ex illo venit in astra toro.  
 Iamque loco maius nomen Romanus habebat;  
 Nec coniunx illi, nec socer ullus erat.  
 Spernebant generos inopes vicinia dives;  
 Et male credebar sanguinis auctor ego.  
 25 In stabulis habitasse et oves pavisse nocebat,  
 Iugeraque inculti pauca tenere soli.  
 Cum pare quaeque suo coeunt volucresque feraeque.  
 Atque aliquam, de qua procreet, anguis habet.  
 Extremis dantur conubia gentibus; at quae  
 30 Romano vellet nubere, nulla fuit.  
 Indolui, patriamque dedi tibi, Romule, mentem.  
 'Tolle preces', dixi; 'quod petis, arma dabunt.'

## 15. RAUB DER SABINERINNEN.

- In gradibus sedit populus de caespite factis,  
 Qualibet hirsutas fronde tegente comas.  
 Respiciunt, oculisque notant sibi quisque puellam,  
 Quam velit, et tacito pectore multa movent.  
 5 Dumque, rudem praebente modum tibicine Tusco,  
 Ludius aequatam ter pede pulsat humum,  
 In medio plausu — plausu tunc arte carebant —  
 Rex populo praedae signa petenda dedit.  
 Protinus exsiliunt, animum clamore fatentes,  
 10 Virginibus cupidus iniciuntque manus.  
 Ut fugiunt aquilas, timidissima turba, columbae,  
 Utque fugit visos agna novella lupos:  
 Sic illae timere viros sine more ruentes.

17. *regia*: die Hütte auf dem Palatin wurde ängstlich erhalten und nach jedem Brande wieder hergestellt. — *nati Romuli*. — 24. *male*, syn. *vix*. — 27. *cum pare suo coeunt* 'paaren sich'. — 29. *extremis gentibus*, hyperbolisch, denn selbst zu Augustus Zeit war das *conubium* der Römer ohne Beeinträchtigung der bürgerlichen Rechte fast nur auf Italien beschränkt. — 32. *arma* geht auf den Raub der Sabinerinnen.

15. 1. *gradibus theatri*. — 5. *modum* 'Takt'. — 8. *petenda* auf *signa* bezogen, statt *petendae praedae*.

- Constitit in nulla, qui fuit ante, color.  
 15 Nam timor unus erat, facies non una timoris:  
 Pars laniat crines, pars sine mente sedet,  
 Altera maesta silet, frustra vocat altera matrem,  
 Haec queritur, stupet haec, haec manet, illa fugit.  
 Ducuntur raptae, genialis praeda, puellae,  
 20 Et potuit multas ipse decere timor.  
 Siqua repugnarat nimium comitemque negabat,  
 Sublatam cupido vir tulit ipse sinu,  
 Atque ita 'quid teneros lacrimis corrumpis ocellos?  
 Quod matri pater est, hoc tibi' dixit 'ero.'

## 16. DIE RÖMER UND SABINER EIN VOLK.

- Intumescere Cures et quos dolor attingit idem.  
 Tum primum generis intulit arma socer.  
 Iamque fere raptae matrum quoque nomen habebant,  
 Tractaque erant longa bella propinqua mora.  
 5 Conveniunt nuptae dictam Iunonis in aedem,  
 Quas inter mea sic est nurus orsa loqui:  
 'O pariter raptae — quoniam hoc commune tenemus —  
 Non ultra lente possumus esse piae.  
 Stant acies: sed utra di sint pro parte rogandi,  
 10 Eligite: hinc coniunx, hinc pater arma tenet.  
 Quaerendum est, viduae fieri malimus an orbae:  
 Consilium vobis forte piumque dabo.'  
 Consilium dederat. Parent, crinesque resolvunt,  
 Maestaque funerea corpora veste tegunt.  
 15 Iam steterant acies ferro mortique paratae,  
 Iam lituus pugnae signa daturus erat:  
 Cum raptae veniunt inter patresque virosque,  
 Inque sinu natos, pignora cara, tenent.

20. *genialis*. zur Ehe.

16. 1. *Cures* (Gen. *ium*), die Hauptstadt der Sabiner, für diese selbst. — *quos*: so die Crustuminer und Antemnaten. — 3. *fere* 'meistens'. — 4. *propinqua* i. e. *inter propinquos*. — *longa mora*, von 3 Jahren. — 5. *dictam* 'verabredet'. — 6. *mea*: Mars erzählt. — *nurus*, Hersilia. — 8. *lente piae*: die Pietät war getheilt zwischen Eltern und Gatten, daher schwankend und unthätig.

- Ut medium campi scissis tetigere capillis,  
 20 In terram posito procubuere genu;  
 Et quasi sentirent, blando clamore nepotes  
 Tendebant ad avos brachia parva suos.  
 Qui poterat, clamabat avum, tunc denique visum;  
 Et qui vix poterat, posse coactus erat.  
 25 Tela viris animique cadunt, gladiisque remotis  
 Dant soceri generis accipiuntque manus,  
 Laudatasque tenent natas, scutoque nepotem  
 Fert avus; hic scuti dulcior usus erat.  
 Inde diem, quae prima, meas celebrare Kalendas  
 30 Oebaliae matres non leve munus habent.

## 17. APOTHEOSE DES ROMULUS.

- Mavors armipotens postquam nova moenia vidit  
 Multaque Romulea bella peracta manu,  
 'Iuppiter', inquit, 'habet Romana potentia vires;  
 Sanguinis officio non eget illa mei.  
 5 Redde patri natum; quamvis intercidit alter,  
 Pro se proque Remo, qui mihi restat, erit.  
 Unus erit, quem tu tolles in caerula caeli,  
 Tu mihi dixisti; sint rata dicta Iovis.'  
 Iuppiter adnuerat: nutu tremefactus uterque  
 10 Est polus, et caeli pondera movit Atlas.  
 Est locus, antiqui Capreae dixere paludem;  
 Forte tuis illic, Romule, iura dabas.  
 Sol fugit, et removent subeuntia nubila caelum,  
 Et gravis effusis decidit imber aquis.  
 15 Hinc tonat, hinc missis abruptitur ignibus aether.  
 Fit fuga: rex patriis astra petebat equis.  
 Luctus erat, falsaeque patres in crimine caedis,

29. vgl. *Fast.* 14, 4. — *quae prima* erg. *mihi est*. — 30. *Oebaliae*, i. e. *Sabinae*: die Sabiner sollen von den Spartanern abstammen, von denen ein alter König Oebalus hiess.

17. zum Quirinalienfest am 17. Febr. — 4. *sanguinis* i. e. *filii*. — 5. *alter*, *Remus*. — 12. *iura dare* 'Recht sprechen'. — 15. *abruptitur* 'wird zerrissen'. — 17. *falsae in crimine caedis* (*erant*) i. e. *in falso crimine caedis*.

- Haesissetque animis forsitan illa fides:  
Sed Proculus Longa veniebat Iulius Alba,  
20 Lunaque fulgebat, nec facis usus erat,  
Cum subito motu saepes tremuere sinistrae —  
Rettulit ille gradus, horrueruntque comae —  
Pulcher et humano maior trabeaque decorus  
Romulus in media visus adesse via,  
25 Et dixisse simul: Prohibe lugere Quirites,  
Nec violent lacrimis numina nostra suis.  
Tura ferant, placentque novum pia turba Quirinum,  
Et patrias artes militiamque colant.  
Iussit, et in tenues oculis evanuit auras.  
30 Convocat hic populos, iussaque verba refert.  
Templa deo fiunt; collis quoque dictus ab illo est,  
Et referunt certi sacra paterna dies.

## 18. TODTENEHREN.

- Est honor et tumulis, animas placare paternas,  
Parvaeque in exstructas munera ferre pyras.  
Parva petunt manes; pietas pro divite grata est  
Munere; non avidos Styx habet ima deos.  
5 Tegula porrectis satis est velata coronis,  
Et sparsae fruges, parvaeque mica salus,  
Inque mero mollita Ceres, violaeque solutae:  
Haec habeat media testa relicta via.

21. *sinistrae*, d. i. von der glückverheissenden Seite. — 22. *rettulit gradus*, fuhr zurück. — 28. *patrias i. e. Martis patris*.  
18. Zum Ferialienfeste am 21. Febr. (eine Art von Allerseelen-  
tag). Die Woche vor dem 21. war die Zeit der *dies parentales*, wo  
jede Familie ihre Todten feierte, bis endlich das Ferialienfest diese  
Todtenfeier beschloss und am folgenden Tag das allgemeine zum Ge-  
dächtniss der Verstorbenen begangene Familienfest der Caristia ge-  
feiert wurde. — 2. *pyra* (vgl. *πυρά*) bedeutet hier eine nach Art  
eines Scheiterhaufens durch einen kleinen Holzstoss gebildete *ara* für  
ein Brandopfer, ebenso *foci* v. 10; zu *ara* vgl. *Fast.* 21, 7 ff. —  
3. vgl. S. 2, 11. — 4. *deos* = *divos Manes*. — *porricere* (= *proi-  
cere*), opfern (Ausdruck der Opfersprache). — 7. *Ceres*, Brod. —  
*solutae* (lose, nicht in Kränze gebunden) *violae*, als Erstlinge des  
Frühlings. — 8. *haec*, die vorhergenannten Opfer. — *relicta*, nach  
dem man sie hingestellt. — *via* d. i. die Landstrasse, zu deren beiden  
Seiten sich meist die Gräber befanden.

- Nec maiora veto; sed et his placabilis umbra est.  
10 Adde preces positis et sua verba focis.  
Hunc morem Aeneas, pietatis idoneus auctor,  
Attulit in terras, iuste Latine, tuas.  
Ille patris genio sollempnia dona ferebat.  
Hinc populi ritus edidicere pios.  
15 At quondam, dum longa gerunt pugnacibus armis  
Bella, parentales deseruere dies.  
Non impune fuit; nam dicitur omine ab isto  
Roma suburbanis incaluisse rogis.  
Vix equidem credo, bustis exisse feruntur  
20 Et tacitae questi tempore noctis avi,  
Perque vias urbis Latiosque ululasse per agros  
Deformes animas, vulgus inane, ferunt.  
Post ea praeteriti tumulis redduntur honores,  
Prodigiisque venit funeribusque modus.  
25 Dum tamen haec fiunt, viduae cessate puellae:  
Exspectet puros pinea taeda dies.  
Nec tibi, quae cupidae matura videbere matri,  
Comat virgineas hasta recurva comas.  
Conde tuas, Hymenaeae, faces, et ab ignibus atris  
30 Aufer! habent alias maesta sepulcra faces.  
Di quoque templorum foribus celentur opertis,  
Ture vacent arae, stentque sine igne foci.  
Nunc animae tenues et corpora functa sepulcris  
Errant, nunc posito pascitur umbra cibo.

10. *sua*, ihnen gebührend. — 12. *Latine*, altitalischer König,  
der den Aeneas gastfreundlich aufnahm. — 14. *populi Latini*. —  
16. *deserere* (aufgeben) ‚nicht feiern‘. — 17. *omine*, der Nicht-  
feier. — 18. Die Leichenverbrennung geschah bei dem Grabe (*subur-  
banis*; vgl. v. 8 *via*). — *incaluisse*, wegen der Menge der Scheiter-  
haufen. — 20. *questi* erg. *esse*. — *avi* = *maiores*. — 22. *deformes*  
‚gestaltlos‘, weil ohne Körper (*inanes*). — 25. *cessate*, ‚zögert‘, näm-  
lich mit der Verhehlung. — *viduae*, ‚ledig‘. — 26. *pineae taeda*,  
die Hochzeitsfackel, welche der Brant bei der Hochzeit vorgetragen  
wurde. — 27. *cupidae comendi* d. i. der Tochter für die Hochzeit  
das Haar in sechs Flechten zu scheiteln; dies geschah mittels *hasta*  
*recurva*, einer vorn gekrümmten Lanze, auch *hasta caelibaris* genannt.  
— 30. *sepulcra*: auch bei Leichenbegängnissen brauchte man  
Fackeln. — 31. *di*, *praeter inferos*. — 33. *functa sepulcris*,  
vgl. *Met.* 23, 14.

## 19. DIE GÖTTIN MUTA.

- Ecce anus in mediis residens annosa puellis  
 Sacra facit Tacitae, vix tamen ipsa tacet;  
 Et digitis tria tura tribus sub limine ponit,  
 Qua brevis occultum mus sibi fecit iter.
- 5 Tunc cantata ligat cum fusco licia rhombo,  
 Et septem nigras versat in ore fabas.  
 Quodque pice astrinxit, quod acu traiecit aëna,  
 Obsutum maenae torret in igne caput.  
 Vina quoque instillat; vini quodcumque relictum est,
- 10 Aut ipsa aut comites, plus tamen ipsa, bibit.  
 Hostiles linguas inimicaque vinximus ora,  
 Dicit discedens, ebriaque exit anus.

## 20. DIE LIEBESMAHLE.

- Proxima cognati dixere Caristia cari,  
 Et venit ad socios turba propinqua deos.  
 Scilicet a tumulis et qui periire, propinquis  
 Protinus ad vivos ora referre iuvat.
- 5 Postque tot amissos quicquid de sanguine restat,  
 Aspicere, et generis dinumerare gradus.

19. Das Fest dieser unterweltlichen Göttin des Volksglaubens (daher *anus* die Opfernde), gewöhnlich *Tacita* genannt, am 18. Febr. — 4. *mus*: die Mäuse hielt man für prophetisch. — 5. *rhombus* u. *cantata* (besprochene) *licia* sollten durch ihr Drehen das Gewünschte herbeiziehen, z. B. das Getreide vom Felde des Nachbarn herüberzaubern. — 6. *fabas*: durch Bohnen glaubte man die Geister der Verstorbenen beschwören zu können. — 7. u. 8. constr. *caputque maenae obsutum, quod pice* etc. — *animalia muta* wurden überhaupt der Hecate und Muta geopfert. — 11. *ora* ‚Blicke‘ (von bösem Zauber). — *vinximus*, wie das sinnbildlich am Kopfe der (mit *anima* wortähnlichen) *maena* geschehen.

20. 1. *Proxima* erg. *parentalibus festa*. — *Caristia* am 22. Febr. durch die ganze Stadt familienweise unter frühlichen Mahlzeiten gefeiert, wobei Familienstreitigkeiten geschlichtet wurden. — 2. *socios deos, lares et penates*. — 6. *gradus*, die Familienglieder nach den Verwandtschaftsgraden.

- Innocui veniant; procul hinc, procul impius esto  
 Frater, et in partus mater acerba suos,  
 Cui pater est vivax, qui matris digerit annos,
- 10 Quae premit invisam soerus iniqua nurum.  
 Tantalidae fratres absint, et Iasonis uxor,  
 Et quicumque suas per scelus auget opes.  
 Dis generis date tura boni. Concordia fertur  
 Illa praecipue mitis adesse die.
- 15 Et libate dapes, ut, grati pignus honoris,  
 Nutriat incinctos missa patella Lares.  
 Iamque ubi suadebit placidos nox umida somnos,  
 Larga precaturi sumite vina manu,  
 Et ‚Bene vos, bene te, patriae pater, optime Caesar!‘
- 20 Dicite suffuso sub sua verba mero.

## 21. DAS TERMINALIENFEST.

- Nox ubi transierit, solito celebretur honore,  
 Separat indicio qui deus arva suo.  
 Termine, sive lapis, sive es defossus in agro  
 Stipes, ab antiquis tu quoque numen habes.
- 5 Te duo diversa domini pro parte coronant,  
 Binaque sarta tibi binaque liba ferunt.  
 Ara fit: huc ignem curto fert rustica testu

8. *partus* ‚Kinder‘. — 9. *digerit* ‚berechnet‘ mittels Magier. — 11. *fratres*, Atreus und Thyestes, vgl. *Met.* 37, 233. — *uxor*, Medea, die ihre Kinder tödtete, um sich an Iason, der sie verstieß, zu rächen. — 13. *Dis generis*, Lares, Penaten, Genien. — 15. *libate* (opfern) *dapes* etc.; nachdem die Verwandten selbst ein wenig gekostet, wurden die Speisen auf einer Schüssel den Lares hingesetzt, worauf das Fest fortgesetzt wurde. — 16. *incinctos (togis)* = *succinctos* ‚aufgeschürzt‘. — 19. *bene vos* etc., Formel beim Gesundheitstrinken; der Acc. durch ein gedachtes *esse (valere) iubeo* zu erklären. — *vos lares*. — 20. *suffundere sub sua verba* zu oder gleich nach (*sub*) den gehörigen (*sua*) Worten ausgießen, einmal nach *bene vos* und dann nach *optime Caesar*; vgl. *Hor.* IV, 5, 33 ff. *alteris te (Augustum quisque) mensis* (beim Nachtsch) *adhibet deum; te multa prece, te prosequitur mero defuso pateris et laribus tum miscet numen*.

21. am 23. Februar, dem letzten Tage des alten Jahres. — 4. *ab antiquis*, vgl. v. 29 ff. — 5. *diversa pro parte*, vgl. *pro virili parte*. — 6. *bina*, vgl. Gramm. § 263.

- Sumptum de tepidis ipsa colona focis.  
 Ligna senex minuit, concisaque construit arte,  
 10 Et solida ramos figere pugnat humo.  
 Tum sicco primas irritat cortice flammās:  
 Stat puer et manibus lata canistra tenet.  
 Inde ubi ter fruges medios immisit in ignes,  
 Porrigit incisos filia parva favos.  
 15 Vina tenent alii: libantur singula flammis.  
 Spectant, et linguis candida turba favet.  
 Spargitur et caeso communis Terminus agno,  
 Nec queritur, lactans cum sibi porca datur.  
 Conveniunt, celebrantque dapes vicinia simplex,  
 20 Et cantant laudes, Termine sancte, tuas:  
 Tu populos urbesque et regna ingentia finis:  
 Omnis erit sine te litigiosus ager.  
 Nulla tibi ambitio est, nullo corrumpere auro.  
 Legitima servas credita rura fide.  
 25 Si tu signasses olim Thyreatida terram,  
 Corpora non leto missa trecenta forent,  
 Nec foret Othryades congestis lectus in armis.  
 O quantum patriae sanguinis ille dedit!  
 Quid, nova cum fierent Capitolia? nempe deorum  
 30 Cuncta Iovi cessit turba, locumque dedit.  
 Terminus, ut veteres memorant, inventus in aede

10. *pugnat* ‚müht sich ab‘. — *ramos*, um den Holzstoss zusammen zu halten. — 16. *candida* . . . *favet*, vgl. *Fast.* 2, 9 u. 10. — 25 ff. Um das Gebiet der Stadt Thyrea stritten lange die Argiver und Lacedämonier; endlich kam man überein durch 300 von beiden Seiten gewählte Jünglinge die Sache in einem Kampfe zu entscheiden. Nur 3 überlebten denselben. Während die 2 Argiver nach Argos eilten, den Sieg zu melden, stand der für todt gehaltene Lacedämonier Othryades auf, sammelte die Waffen der Erschlagenen auf einen Haufen und schrieb auf seinen Schild: *Κατὰ Ἀργεῶν Ὀθρυάδης καὶ Λακεδαιμόνιοι (τοῦτο τὸ τροπαιὸν ἔστησαν)*. Hierauf tödtete er sich selbst, um seine Waffengenossen nicht zu überleben. Da nun beide Theile sich den Sieg zuschrieben, so war Othr. der Urheber eines neuen Krieges (v. 28), in welchem endlich die Lacedämonier Sieger blieben. — 29. *Quid sc. factum est*. — 30. Tarquinius Priscus hatte den Tempel gelobt, und als Tarquinius Superbus ihn vollenden wollte, erfuhr man durch Auspicien, dass alle Götter den mit ihren Tempeln besetzten Tarpeischen Felsen räumen wollten, ausser Terminus und Inventas.

- Restitit et magno cum Iove templa tenet.  
 Nunc quoque, se supra ne quid nisi sidera cernat,  
 Exiguum templi tecta foramen habent.  
 35 Termine, post illud levitas tibi libera non est:  
 Qua positus fueris in statione, mane,  
 Nec tu vicino quicquam concede roganti,  
 Ne videare hominem praeposuisse Iovi:  
 Et seu vomeribus, seu tu pulsabere rastris,  
 40 Clamato: ‚Tuus est hic ager, ille suus!‘  
 Est via, quae populum Laurentes ducit in agros,  
 Quondam Dardanio regna petita duci.  
 Illa lanigeri pecoris tibi, Termine, fibris  
 Sacra videt fieri sextus ab Urbe lapis.  
 45 Gentibus est aliis tellus data limite certo:  
 Romanae spatium est Urbis et orbis idem.

## 22. EINNAHME VON GABIL BRUTUS.

- Ultima Tarquinius Romanae gentis habebat  
 Regna, vir iniustus, fortis ad arma tamen.  
 Ceperat hic alias, alias everterat urbes,  
 Et Gabios turpi fecerat arte suos.  
 5 Namque trium minimus, proles manifesta Superbi,  
 In medios hostes nocte silente venit.  
 Nudarant gladios: ‚Occidite‘ dixit inermem!  
 Hoc cupiant fratres Tarquiniusque pater,  
 Qui mea crudeli laceravit verberè terga.  
 10 Dicere ut hoc posset, verbera passus erat.  
 Luna fuit: spectant iuvenem, gladiosque recondunt,  
 Tergaque, deducta veste, notata vident.  
 Flent quoque, et, ut secum tueatur bella, precantur.  
 Callidus ignaris adnuat ille viris.

34. *foramen*: denn der Gott u. sein Cultus gehörten unter den freien Himmel. — 40. *ille suus* ‚jener hat seinen eigenen Herrn‘. — 42. *Dard. duci*, Aeneas. — 43. *fibris i. e. catis*. — 44. *ab urbe* ‚von der Stadt aus‘. — *lapis* (Meilenstein) *sextus*: an dieser ehemaligen Grenze des Röm. Gebietes wird noch dem Grenzgotte geopfert, aber *gentibus aliis* (nicht den Römern) etc. vgl. *Fast.* 2, 23 u. 24.

22. 5. *minimus*, Sextus Tarquinius. — *manifesta*, durch seinen Charakter. — 13. *tueri* ‚Acht haben‘.

- 15 Iamque potens misso genitorem appellat amico,  
Perdendi Gabios quod sibi monstret iter.  
Hortus odoratis suberat cultissimus herbis,  
Sectus humum rivo lene sonantis aquae.  
Illie Tarquinius mandata latentia nati  
20 Accipit, et virga lilia summa metit.  
Nuntius ut rediit, decussaue lilia dixit,  
Filius ‚Agnosco iussa parentis‘ ait.  
Nec mora, principibus caesis ex urbe Gabina,  
Traduntur ducibus moenia nuda suis.

- 25 Ecce, nefas visu, mediis altaribus anguis  
Exit, et extinctis ignibus exta rapit.  
Consultitur Phoebus. Sors est ita reddita, ‚Matri  
Qui dederit princeps oscula, victor erit.‘  
Oscula quisque suae matri properata tulerunt,  
30 Non intellecto credula turba deo.  
Brutus erat stulti sapiens imitator, ut esset  
Tutus ab insidiis, dire Superbe, tuis.  
Ille iacens pronus matri dedit oscula Terrae,  
Creditus offenso procubuisse pede.

### 23. EGERIA UND NUMA, ANCILIA UND MAMURIUS.

- Quis mihi nunc dicet, quare caelestia Martis  
Arma ferant Salii, Mamuriumque canant?  
Nympha, mone, dea grata Camenis; ad tua facta,  
Nympha, Numae coniunx consiliumque, veni.  
5 Principio nimium promptos ad bella Quirites  
Molliri placuit iure deumque metu.

15. *appellare* (um Rath) ‚ansprechen‘. — 18. *humum*, Acc. der Beziehung. — *lene*, dichterisch statt *leniter*. — 27. *consultitur* wegen des *prodigium*, das solchen Schrecken in der Königsfamilie hervorrief, dass der König seine Söhne (*credula turba* v. 30) und seinen Neffen Brutus nach Delphi sandte.

23, 2. *ferant*, am Feste der Salier anfangs März. cf. Liv. 1, 20: *Salios (Numa) duodecim Marti Gradivo legit tunicaeque pictae insigne dedit et super tunicam aëneum pectori tegumen, caelestiaque arma, quae ancilia vocantur, ferre ac per urbem ire canentes carmina cum tripudiis sollemnique saltatu iussit*. — 3. *Nympha*, Egeria, Quellnymphe. — 5. u. 6. vgl. Liv. 1, 19, 1. (*Numa*) *urbem novam, conditam vi et armis, iure legibusque ac moribus de integro condere parat*.

- Inde datae leges, ne firmior omnia posset;  
Coeptaue sunt pure tradita sacra coli.  
Exiit feritas, armisque potentius aequum est,  
10 Et cum cive pudet conseruisse manus;  
Atque aliquis, modo trux, visa iam vertitur ara,  
Vinaque dat tepidis salsaque farra focis.  
Ecce deum genitor rutilas per nubila flammās  
Spargit, et effusis aethera siccat aquis.  
15 Non alias missi cecidere frequentius ignes.  
Rex pavet, et vulgi pectora terror habet.  
Cui dea ‚Ne nimium terrere! piabile fulmen  
Est‘ ait, ‚et saevi flectitur ira Iovis.  
Sed poterunt ritum Picus Faunusque piandi  
20 Tradere, Romani numen utrumque soli.  
Nec sine vi tradent: adhibeto vincula captis.‘  
Atque ita, qua possint, erudit, arte capi.  
Lucus Aventino suberat niger ilicis umbra,  
Quo posses viso dicere ‚numen inest.‘  
25 In medio gramen, muscoque adoperta virenti  
Manabat saxo vena perennis aquae.  
Inde fere soli Faunus Picusque bibebant.  
Huc venit et fonti rex Numa mactat ovem,  
Plenaue odorati disponit pocula bacchi,  
30 Cumque suis antro conditus ipse latet.  
Ad solitos veniunt silvestria numina fontes,  
Et relevant multo pectora sicca mero.  
Vina quies sequitur: gelido Numa prodit ab antro,  
Vinclaue sopitas addit in arta manus.  
35 Somnus ut abscessit, pugnando vincula temptant  
Rumpere; pugnantes fortius illa tenent.  
Tunc Numa: ‚Di nemorum, factis ignoscite nostris,  
Si scelus ingenio scitis abesse meo,  
Quoque modo possit fulmen, monstrate, piari.‘

8. *pure* (= *pie*) verb. mit *coli*. — *tradita*, vgl. 20. — *salsa farra* = *mola salsa*, vgl. *Fasti* 3, 40. — 17. *dea*, Egeria — 19. *Picus Faunusque*, altitalische Berg- und Waldgottheiten, erfahren in den Künsten der Magie und Weissagung. — 20. *soli* von *solum*. — 24. vgl. die ähnlichen Vorstellungen der alten Deutschen. — 39. *quoque*: *que* verb. *ignoscite* mit *monstrate*.

- 40 Sic Numa. Sic quatiens cornua Faunus ait.  
 Magna petis, nec quae monitu tibi discere nostro  
 Fas sit: habent fines numina nostra suos.  
 Di sumus agrestes, et qui dominemur in altis  
 Montibus; arbitrium est in sua tela Iovi.
- 45 Hunc tu non poteris per te deducere caelo;  
 At poteris nostra forsitan usus ope.  
 Dixerat haec Faunus, par est sententia Pici.  
 Deme tamen nobis vincula,' Pici ait.  
 Iuppiter huc veniet, valida perductus ab arte;
- 50 Nubila promissi Styx mihi testis erit.  
 Emissi laqueis quid agant, quae carmina dicant.  
 Quaque trahant superis sedibus arte Iovem,  
 Scire nefas homini. Nobis concessa canentur,  
 Quaeque pio dici vatis ab ore licet.
- 55 Eliciant caelo te, Iuppiter — unde minores  
 Nunc quoque te celebrant, Eliciumque vocant. —  
 Constat Aventinae tremuisse cacumina silvae,  
 Terraque subsedit pondere pressa Iovis.  
 Corda micant regis, totoque e pectore sanguis
- 60 Fugit, et hirsutae derignere comae.  
 Ut rediit animus, 'Da certa piamina' dixit  
 Fulminis, aliorum rexque paterque deum,  
 Si tua contigimus manibus donaria puris,  
 Hoc quoque, quod petitur, si pia lingua rogat'.
- 65 Adnuit oranti; sed verum ambage remotum  
 Abdidit, et dubio terruit ore virum.  
 'Caede caput' dixit; cui rex 'Parebimus' inquit:  
 Caedenda est hortis eruta cepa meis.'  
 Addidit hic 'Hominis'; summos' ait ille 'capillos.'
- 70 Postulat hic animam; cui Numa 'piscis' ait.

40. *quatiens cornua*, Zeichen der Unwillfährigkeit. — 42. *monitu*, zur Bedeutung vgl. *monere* v. 3. — 44. *tela*, Blitze. — 50. *Styx*, der stärkste Schwur der Götter. — 53. *nefas sc. est.* — 55. *minores*, (Gegensatz von *maiores*) dicht. statt *posteriores*. — 60. *hirsutae*, proleptisch. — 63. *donaria* (Tempel) 'Altar'. — 69. *hominis caput*. — 70. *piscis*, Gen., erg. *animam*. Es scheint, dass Iuppiter, wenn er zuerst Menschenopfer verlangt, nur die Klugheit des Numa versuchen will.

- Risit, et 'His' inquit, facito mea tela procures,  
 O vir colloquio non abigende deum.  
 Sed tibi, protulerit cum totum crastinus orbem  
 Cynthius, imperii pignora certa dabo'.
- 75 Dixit, et ingenti tonitru super aethera motum  
 Fertur, adorantem destituitque Numam.  
 Ille redit laetus, memoratque Quiritibus acta.  
 Tarda venit dictis difficilisque fides.  
 'At certe credemur,' ait, 'si verba sequetur
- 80 Exitus. En audi crastina, quisquis ades.  
 Protulerit terris cum totum Cynthius orbem,  
 Iuppiter imperii pignora certa dabit.'  
 Discedunt dubii, promissaque tarda videntur.  
 Dependetque fides a veniente die.
- 85 Mollis erat tellus rorata mane pruina:  
 Ante sui populus limina regis adest.  
 Prodit, et in solio medius consedit acerno.  
 Innumeri circa stantque silentque viri.  
 Ortus erat summo tantummodo margine Phoebus:
- 90 Sollicitae mentes speque metuque pavent.  
 Constitit, atque caput niveo velatus amictu  
 Iam bene dis notas sustulit ille manus,  
 Atque ita 'Tempus adest promissi muneris' inquit:  
 'Pollicitam dictis, Iuppiter, adde fidem.'
- 95 Dum loquitur, totum iam sol emoverat orbem,  
 Et gravis aethereo venit ab axe fragor.  
 Ter tonuit sine nube deus, tria fulgura misit.  
 Credite dicenti, mira, sed acta, loquor.  
 A media caelum regione dehiscere coepit:
- 100 Submisere oculos cum duce turba suo.  
 Ecce levi scutum versatum leniter aura  
 Decidit, a populo clamor ad astra venit.

71. *his*: durch Zwiebel, Haare und Fische suchte man in spätester Zeit noch den hier besprochenen Zorn des Himmels zu sühnen (*procurare*). — 73. *orbem i. e. solis*. — 74. *pignora imperii* (der Dauer der Herrschaft), s. v. 101. — 79. *credemur*, vgl. *Met.* 14, 94. — 87. *acerno*: ein in jener Zeit kostbares Holz. — 91. *velatus*: man betete oder opferte mit verhülltem Haupte. — 94. *pollicitam*, passivisch. — 97. *sine nube ter tonuit*, ein günstiges Zeichen. — 100. *submittere* 'emporrichten', vgl. *auspicere, subvehi*.

- Tollit humo munus caesa prius ille iuvenca,  
 Quae dederat nulli colla premenda iugo,  
 105 Atque ancile vocat, quod ab omni parte recisum est,  
 Quaque notes oculis, angulus omnis abest.  
 Tum, memor imperii sortem consistere in illo,  
 Consilium multae calliditatis inquit.  
 Plura iubet fieri simili caelata figura,  
 110 Error ut ante oculos insidiantis eat.  
 Mamurius morum fabraene exactior artis  
 Difficile est illud dicere clausit opus.  
 Cui Numa munificus ‚Facti pete praemia‘ dixit;  
 ‚Si mea nota fides, irrita nulla petes‘.  
 115 Iam dederat Saliis a saltu nomina dicta  
 Armaque et ad certos verba canenda modos.  
 Tum sic Mamurius: ‚Merces mihi gloria detur,  
 Nominaque extremo carmine nostra sonent‘.  
 Inde sacerdotes operi promissa vetusto  
 120 Praemia persolvunt, Mamuriumque vocant.  
 Nubere siqua voles, quamvis properabitis ambo,  
 Differ; habent parvae commoda magna morae.  
 Arma movent pugnas: pugna est aliena maritis.  
 Condita cum fuerint, aptius omen erit.

#### 24. DAS FEST DER ANNA PERENNA. SEIN URSPRUNG.

Idibus est Annae festum geniale Perennae,  
 Haud procul a ripis, advena Thybri, tuis.  
 Plebs venit, ac virides passim disiecta per herbas  
 Potat, et accumbit cum pare quisque sua.  
 5 Sub Iove pars durat, pauci tentoria ponunt;

105. *ancile*, ovaler, auf den beiden Längenseiten ausgeschnittener Schild. — 110. *insidiantis ancili*, um es für ein anderes Volk zu rauben. — 111. *const. Mamurius* — *difficile est dicere, morum fabraene artis* (Gen. *relationis*) *exactior* erg. *clausit* — *opus illud clausit* („brachte zu Ende“). — 123. *movere* u. *condere* (v. 124), die solennen Ausdrücke dafür, dass die Schilde aus dem Heiligtume des Mars zum Umzuge hervorgeholt und hernach wieder an den früheren Ort zurückgelegt (geborgen) wurden.

24. 1. *Idibus Martiis*. — *geniale*, (quo genio suo indulgebant), ‚lustig‘. — 2. *advena* als Ankömmling aus der Fremde, Etrurien. — 5 *Iove* = *diuo*.

- Sunt, quibus e ramis frondea facta casa est:  
 Pars ubi pro rigidis calamos statuere columnis,  
 Desuper extentas imposuere togas.  
 Sole tamen vinoque calent, annosque precantur,  
 10 Quot sumant cyathos, ad numerumque bibunt.  
 Invenies illic, qui Nestoris ebibat annos,  
 Quae sit per calices facta Sibylla suos.  
 Illic et cantant, quicquid didicere theatris,  
 Et iactant faciles ad sua verba manus;  
 15 Et ducunt posito duras cratera choreas,  
 Cultaque diffusis saltat amica comis.  
 Cum redeunt, titubant et sunt spectacula vulgi,  
 Et fortunatos obvia turba vocat.  
 Occurri nuper; visa est mihi digna relatu  
 20 Pompa: senem potum pota trahebat anus.  
 Arserat Aeneae Dido miserabilis igne,  
 Arserat exstructis in sua fata rogis:  
 Compositusque cinis, tumulique in marmore carmen  
 Hoc breve, quod moriens ipsa reliquit, erat:  
 25 Praebuit Aeneas et causam mortis et ense;  
 Ipsa sua Dido concidit usa manu.  
 Protinus invadunt Numidae sine vindice regnum,  
 Et potitur capta Maurus Iarba domo.  
 Seque memor spretum, ‚Thalamis tamen‘ inquit ‚Elissae  
 30 En ego, quem totiens reppulit illa, fruor‘.  
 Diffugiunt Tyrii, quo quemque agit error; ut olim  
 Amisso dubiae rege vagantur apes.  
 Tertia nudandas acceperat area messes,  
 Inque cavos ierant tertia musta lacus:

7. *calamos* ‚Stäbe‘. — 10. *ad numerumque*: nach der Zahl der beim Gesundheitstrinken gewünschten Jahre trinkt man hintereinander Becher aus. — 12. *Sibylla* hatte sich vom Apollo so viele Lebensjahre erbeten als ein Sandhaufen Körner hatte. — 14. *facilis* (leicht), ‚beweglich‘. — 15. *ponere* ‚bei Seite setzen‘. — *duras* ‚steife‘. — 16. *culta* ‚geputzt‘.

21. ff. Ursprung des Festes. — *igne, amore*. — 25. *ensem* von Aeneas geschenkt. — 28. *Iarba*, König von Numidien, von Dido (Elissa) als Gemahl verschmäht. — 29. *Thalamis*, Wortspiel, indem es Ehe und Gemach bedeutet. — 31. *olim* ‚manchmal‘. — 33. *nudare* ‚enthüllen‘. — 34. *lacus* ‚Kufen‘.



- 35 Pellitur Anna domo, lacrimansque sororia linquit  
Moenia; germanae iusta dat ante suae.  
Mixta bibunt molles lacrimis unguenta favillae,  
Vertice libatas accipiuntque comas.  
Terque 'Vale!' dixit, cineres ter ad ora relatos
- 40 Pressit; et est illis visa subesse soror.  
Naneta ratem comitesque fugae pede labitur aequo,  
Moenia respiciens, dulce sororis opus.  
Fertilis est Melite sterili vicina Cosyrae  
Insula, quam Libyci verberat unda freti.
- 45 Hanc petit, hospitio regis confisa vetusto.  
Hospes opum dives rex ibi Battus erat.  
Qui postquam didicit casus utriusque sororis,  
'Haec' inquit, tellus quantulacumque tua est.'  
Et tamen hospitii servasset ad ultima munus!
- 50 Sed timuit magnas Pygmalionis opes.  
Signa recensuerat bis sol sua: tertius ibat  
Annus, et exilio terra paranda nova est.  
Frater adest, belloque petit: rex arma perosus  
'Nos sumus imbelles, tu fuge sospes!' ait.
- 55 Iussa fugit, ventoque ratem committit et undis.  
Asperior quovis aequore frater erat.  
Est prope piscosos lapidosi Crathidis amnes  
Parvus ager — Cameren incola turba vocat —  
Illuc cursus erat; nec longius afuit inde,
- 60 Quam quantum novies mittere funda potest.  
Vela cadunt primo, et dubia librantur ab aura.  
'Findite remigio' navita dixit, aquas!  
Dumque parant torto subducere carbasa lino,  
Percutitur rapido puppis adunca noto,
- 65 Inque patens aequor, frustra pugnante magistro,  
Fertur, et ex oculis visa refugit humus.  
Assiliunt fluctus, imoque a gurgite pontus

37. *favillae* 'Todtenasche'. — 41. *pede aequo*, mit vollem Winde; *pes* (sc. *veli* vgl. *πῶς*) ist eigentlich das Tau am unteren Ende des Segels. — 43. *Melite* (Malta), Colonie der Phönizier wie Karthago. — 51. *signa recensuerat*: sie hatte ihre Sternbilder (die 12 Zeichen des Thierkreises) durchlaufen. — 61. *cadunt*, weil nicht mehr von einem bestimmten Winde geschwellt. — 63. *torto lino, fune*. — *subducere*, in die Höhe ziehen, vgl. *susplicere*. — 65. *magister* = *gubernator*.

- Vertitur, et canas alveus haurit aquas.  
Vincitur ars vento; nec iam moderator habenis
- 70 Utitur, a vetis disque reposita opem.  
Lactatur tumidas exsul Phoenissa per undas.  
Umidaque opposita lumina veste tegit.  
Tunc primum Dido felix est dicta sorori,  
Et quaecumque aliquam corpore pressit humum.
- 75 Figitur ad Laurens ingenti flamine litus  
Puppis, et expositis omnibus hausta perit.  
Iam pius Aeneas regno nataque Latini  
Auctus erat, populos miscueratque duos.  
Litore dotali, solo comitatus Achate,
- 80 Secretum nudo dum pede carpit iter,  
Aspicit errantem, nec credere sustinet Annam  
Esse. 'Quid in Latios illa veniret agros?'  
Dum secum Aeneas: 'Anna est!' exclamat Achates.  
Ad nomen vultus sustulit illa suos.
- 85 Quo fugiat? quid agat? quos terrae quaerat hiatus?  
Ante oculos miserae fata sororis erant.  
Sensit, et alloquitur trepidam Cythereius heros;  
Flet tamen admonitu motus, Elissa, tui.  
'Anna, per hanc iuro, quam quondam audire solebas
- 90 Tellurem fato prosperiore dari,  
Perque deos comites, hac nuper sede locatos,  
Saepe meas illos increpuisse moras.  
Nec timui de morte tamen; metus afuit iste.  
Ei mihi! credibili fortior illa fuit.
- 95 Ne refer; aspexi non illo pectore digna  
Vulnera, Tartareas ausus adire domos.  
At tu, seu ratio te nostris appulit oris  
Sive deus, regni commoda carpe mei.  
Multa tibi memores, nil non debemus Elissae.

75. *figitur*, wird geschleudert'. — 77. *nataque*, *Lavinia*. — 78. *duos populos*, *Aborigines et Troianos*. — 79. *litore dotali*, von dem Reiche, das er zur Mitgift erhalten. — 82. *veniret*, vgl. Gramm. § 311. — 83. *Aeneas*, erg. *ait*. — 87. *Cythereius*, als Sohn der auf Cythera besonders verehrten Venus. — 89. constr. *per hanc tellurem (Italiae), (quam mihi) etc.* — 91. *deos comites, penates*. — 92. *moras* bei Dido. — 94. *credibili*, Abl. compar., vgl. Gramm. § 233, Z. 4. — 95. *refer mortem Didonis*. — 97. *ratio*, eigener Entschluss.

- 100 Nomine grata tuo, grata sororis eris.  
Talia dicenti — neque enim spes altera restat —  
Credidit, errores exposuitque suos.  
Utque domum intravit Tyrios induta paratus,  
Incipit Aeneas — cetera turba silet —
- 105 Hanc tibi cur tradam, pia causa, Lavinia coniunx,  
Est mihi; consumpsi naufragus huius opes.  
Orta Tyro est, regnum Libyca possedit in ora:  
Quam precor ut carae more sororis ames.  
Omnia promittit, falsumque Lavinia vulnus
- 110 Mente premit tacita, dissimulatque fremens;  
Donaque cum videat praeter sua lumina ferri  
Multa palam, mitti clam quoque multa putat.  
Non habet exactum, quid agat: furialiter odit,  
Et parat insidias, et cupit ulta mori.
- 115 Nox erat; ante torum visa est astare sororis  
Squalenti Dido sanguinolenta coma  
Et Fuge, ne dubita, maestum, fuge' dicere tectum'.  
Sub verbum querulas impulit aura fores.  
Exsilit, et velox humili super arva fenestra
- 120 Se iacit; audacem fecerat ipse timor.  
Quaque metu rapitur, tunica velata recincta  
Currit, ut auditis territa dama lupis.  
Corniger hanc cupidis rapuisse Numicius undis  
Creditur, et stagnis oculuisse suis.
- 125 Sidonis interea magno clamore per agros  
Quaeritur; apparent signa notaeque pedum.  
Ventum erat ad ripas: inerant vestigia ripis;  
Sustinuit tacitas conscius amnis aquas,  
Ipsa loqui visa est, Placidi sum nympha Numici:
- 130 Amne perenne latens Anna Perenna vocor.  
Protinus erratis laeti vescuntur in agris,  
Et celebrant largo remque diemque mero.

103. *paratus* 'Prachtkleider'. — 109. *falsum*, weil ihre Eifersucht grundlos war. — 113. *exactum* 'überlegt'. — 117. *dicere*, von *visa est* abhängig. — 118. *sub verbum* 'gleich nach dem Worte'. — 119. Das Geräusch (*querula*) der Thüre scheint ihr von einem Feinde verursacht. — 125. *Sidonis* = *Phoenissa*. — 128. *tacitas*, proleptisch. — 131. *erratis* = *pererratis*.

- Haec quoque, quam referam, nostras pervenit ad aures  
Fama; nec a veri dissidet illa fide.
- 135 Plebs vetus et nullis etiam tunc tuta tribunis  
Fugit, et in Sacri vertice montis erat.  
Iam quoque, quem secum tulerant, defecerat illos  
Victus et humanis usibus apta ceres.  
Orta suburbanis quaedam fuit Anna Bovillis,
- 140 Pauper, sed munda sedulitatis anus.  
Illa, levi mitra canos redimita capillos,  
Fingebat tremula rustica liba manu,  
Atque ita per populum fumantia mane solebat  
Dividere; haec populo copia grata fuit.
- 145 Pace domi facta signum posuere perenne,  
Quod sibi defectis illa tulisset opem.

#### 25. DER HONIGSUCHENDE SILENUS.

- Venerat ad Rhodopen Pangaeaque florida Bacchus:  
Aeriferae comitum concrepuere manus.  
Ecce novae coeunt volueres tinnitibus actae,  
Quosque movent sonitus aera, sequuntur apes.
- 5 Colligit errantes et in arbore claudit inani  
Liber, et inventi praemia mellis habet.  
Ut satyri levisque senex tetigere saporem,  
Quaerebant flavos per nemus omne favos.  
Audit in exesa stridorem examinis ulmo,
- 10 Aspicit et ceras dissimulatque senex;  
Utque piger pandi tergo residebat aselli,  
Applicat hunc ulmo corticibusque cavis.  
Constitit ipse super ramoso stipite nixus,  
Atque avidae trunco condita mella petit.
- 15 Milia crabronum coeunt, et vertice nudo

145. *domi*, im Innern.

25. 1. *venerat*, auf seinen siegreichen Zügen, überall seinen Cultus verbreitend, vgl. *Met.* Nr. 7. — *Rhodope* und *Pangaeus* (*aea*, dichter. Plural), Gebirge in Thracien. — 2. *comitum i. e. Sileni et Satyrorum*. — 3. *novae*, für die Bacchanten. — *volueris*, jedes geflügelte Thier. — 7. *levis* (= *calvus*) *senex*, Silenus. — 10. *dissimulat se aspexisse*. — 11. *pandi* unter der Last des starkbelebten Silenus. — 13. *super*, Adverb.

- Spicula defigunt, oraque sima notant.  
 Ille cadit praecipuus, et calce feritur aselli,  
 Inclamatque suos auxiliumque rogat.  
 Concurrunt satyri, turgentiaque ora parentis  
 20 Rident; percusso claudicat ille genu.  
 Ridet et ipse deus, limumque inducere monstrat,  
 Hic paret monitis, et linit ora luto.  
 Melle pater fruitur, liboque infusa calenti  
 Iure repertori candida mella damus.

## 26. PHRIXUS UND HELLE.

- Seminibus tostis sceleratae fraude novercae  
 Sustulerat nullas, ut solet, herba comas.  
 Mittitur ad tripodas, certa qui sorte reportet,  
 Quam sterili terrae Delphicus edat opem.  
 5 Hic quoque corruptus cum semine, nuntiat Helles  
 Et iuvenis Phixi funera sorte peti.  
 Utque recusantem cives et tempus et Ino  
 Compulerunt regem iussa nefanda pati,  
 Et soror et Phrixus, velati tempora vittis,  
 10 Stant simul ante aras, iunctaque fata gemunt.  
 Aspiciat hos, ut forte pependerit aethere, mater,  
 Et ferit attonita pectora nuda manu:  
 Inque draconigenam nimbis comitantibus urbem  
 Desilit, et natos eripit inde suos.  
 15 Utque fugam capiant, aries nitidissimus auro  
 Traditur; ille vehit per freta longa duos.

## 23. pater Bacchus.

26. 1. Athamas, König im boeotischen Theben, zeugte mit der Wolkengöttin *Nepelē* Phrixus und Helle. Als er sich aber noch mit einer menschlichen Gattin, Ino, der Tochter des Cadmus, verband, verschwand Nephelē. Um ihre beiden Stiefkinder zu verderben, gab Ino dem Landvolk verdorrten Samen, worauf Miswachs über das Land kam. — 2. *herba*, der (Samen-) Spross. — *comas* ‚Aehren‘: vgl. bei unsern Dichtern ‚das Haar der Bäume‘. — 5. *corruptus* bei *semine* in eigentlicher, bei *hic* (der Abgesandte) in übertragener Bedeutung. — 6. *funera* ‚Tod‘. — 7. *tempus* ‚übliche Lage‘. — 9. *velati t. vittis*, wie Opferthiere, vgl. *Met.* 36, 71 u. 72. — 12. *attonita*: zur Verbindung mit *manu* (statt mit dem Subj.) vgl. Schillers ‚mit keckem Finger‘. — 13. *draconigenam urbem*, *Thebas*, vgl. *Met.* 7, 101 ff.

- Dicitur infirma cornu tenuisse sinistra  
 Femina, cum de se nomina fecit aquae.  
 Paene simul periit, dum vult succurrere lapsae  
 20 Frater et extentas porrigit usque manus.  
 Flebat, ut amissa gemini consorte pericli,  
 Caeruleo iunctam nescius esse deo.  
 Litoribus tactis aries fit sidus: at huius  
 Pervenit in Colchas aurea lana domos.

## 27. URSPRUNG DER CORYBANTEN.

- Reddita Saturno sors haec erat: ‚Optime regum,  
 A nato sceptris exequere tuis.‘  
 Ille suam metuens, ut quaeque erat edita, prolem  
 Devorat, immersam visceribusque tenet.  
 5 Saepe Rhea quæsta est, totiens fecunda nec unquam  
 Mater, et indoluit fertilitate sua.  
 Iuppiter ortus erat — pro magna teste vetustas  
 Creditur; acceptam parce movere fidem —  
 Veste latens saxum caelesti gutture sedit.  
 10 Sic genitor fati decipiendus erat.  
 Ardua iam dudum resonat tinnitibus Ide,  
 Tutus ut infanti vagiat ore puer.  
 Pars clipeos rudibus, galeas pars tundit inanes:  
 Hoc Curetes habent, hoc Corybantes opus.  
 15 Res latuit patrem: prisceique imitamina facti,  
 Aera deae comites raucaque terga movent.  
 Cymbala pro galeis, pro sentis tympana pulsant,  
 Tibia dat Phrygios, ut dedit ante, modos.

19. *periit*, Subj. ist *frater*. — 21. *ut amissa consorte*, zum Abl. abs. vgl. *Gramm.* § 375, d). — 22. *deo*: Neptun soll sie zu sich ins Meer gezogen haben.

27. 2. *sceptris* = *regno*. — 7. *pro magna teste*, vgl. *Met.* 4, 88. — 8. *parce*, syn. *noli*. — 9. *saxum*, *pro Iove*. — 12. *infanti*, in ursprünglicher Bedeutung. — 13. *rudēs* ‚Stäbchen‘. — 16. *aera*, hohle blecherne Becken, die man gegeneinander schlug. — *deae*, *Cybeles*. — *rauca terga i. e. tympana*, (Pauken) aus Holz, das ausgehöhlt und mit Leder überzogen wurde. — *movent*, beim Feste *Megalesia*, zu Ehren der *Cybele* (*magna*, *μυρία*, *Mater*, vgl. Nr. 28). — 18. *Phrygios modos i. e.* rauschende u. aufregende Weisen.

## 28. CYBELE IN ROM. EHRENRETTUNG DER CLAUDIA.

- Dindymon et Cybelen et amoenam fontibus Iden  
Semper et Iliacas Mater amavit opes.  
Cum Troiam Aeneas Italos portaret in agros,  
Est dea sacriferas paene secuta rates.  
5 Sed nondum fatis Latio sua numina posei  
Senserat, assuetis substiteratque locis.  
Post, ut Roma potens opibus iam saecula quinque  
Vidit, et edomito sustulit orbe caput,  
Carminis Euboici fatalia verba sacerdos  
10 Inspicit; inspectum tale fuisse ferunt:  
'Mater abest: Matrem iubeo, Romane, requiras.  
Cum veniet, casta est accipienda manu.'  
Obscurae sortis patres ambagibus errant,  
Quaeva parens absit, quove petenda loco.  
15 Consulitur Paeon, 'Divum' que 'arcessite Matrem'  
Inquit: 'in Idaeo est invenienda iugo.'  
Mittuntur proceres. Phrygiae tunc scepra tenebat  
Attalus; Ausoniis rem negat ille viris.  
Mira canam: longo tremuit cum murmure tellus,  
20 Et sic est adytis diva locuta suis:  
'Ipsa peti volui; ne sit mora; mitte volentem.  
Dignus Roma locus, quo deus omnis eat.'  
Ille soni terrore pavens 'Proficiscere,' dixit  
'Nostra eris; in Phrygios Roma refertur avos'.  
25 Protinus innumerae caedunt pineta secures  
Illa, quibus fugiens Phryx pius usus erat.  
Mille manus coeunt, et picta coloribus ustis  
Caelestum Matrem concava puppis habet. —

28. 1. *Dindymos*, Berg in Mysien, *Cybele* und *Ide*, Berge in Phrygien. — 2. *Mater magna*, *Cybele*, cf. 15. — 5. *Latio*, Dat. *commodi*. — 9. *Carminis Eub. i. e.* der Sibyllinischen Bücher; die Sibylla war von Kumä, einer Colonie von Chalcis auf Euböa. — 10. *inspiciit*: bei Wunderzeichen geschah dies regelmässig, hier bei einem Steinregen. — 24. *Nostra i. e. Romae quoque*. — *refertur, genus refert*. — 26. *Phryx pius, Aeneas*. — 27. *picta coloribus ustis*: zum Bemalen verwendete man zerschmolzenes Wachs, welches mit Farben gemischt war.

- Ostia contigerat, qua se Tiberinus in altum  
30 Dividit et campo liberiore natat.  
Omnis eques mixtaque gravis cum plebe senatus  
Obvius ad Tusci fluminis ora venit.  
Procedunt pariter matres nataeque nurusque  
Quaerque colunt sanctos virginitate focos.  
35 Sedula fune viri contento braccia lassant.  
Vix subit adversas hospita navis aquas.  
Sicca diu fuerat tellus; sitis usserat herbas;  
Sedit limoso pressa carina vado.  
Quisquis adest operi, plus quam pro parte laborat,  
40 Adjuvat et fortes voce sonante manus.  
Illa velut medio stabilis sedet insula ponto.  
Attoniti monstro stantque paventque viri.  
Claudia Quinta genus Clauso referebat ab alto,  
Nec facies impar nobilitate fuit;  
45 Casta quidem, sed non et credita: rumor iniquus  
Laeserat, et falsi criminis acta rea est.  
Cultus et ornatis varie prodisse capillis  
Offuit, ad rigidos promptaque lingua senes.  
Conscia mens recti famae mendacia risit;  
50 Sed nos in vitium credula turba sumus.  
Haec ubi castarum processit ab agmine matrum,  
Et manibus puram fluminis hausit aquam,  
Ter caput irrorat, ter tollit in aethera palmas —  
Quicumque aspiciunt, mente carere putant —  
55 Summissoque genu vultus in imagine divae  
Figit, et hos edit crine iacente sonos:

30. *dividit*, nicht von den zwei durch eine Insel gebildeten Armen vor der Mündung ins Meer, vgl. 67. u. 68. — 34. *focos Vestae*. — 38. *limoso*: die Mündung war verschlammt. — *pressa* 'fest'; vgl. Met. 5, 123. — 39. *pro parte* erg. *sua*. — 44. *nobilitate*, Abl. der Rücksicht. — 47. *reum agere* = *r. facere*. — 47. *cultus*, Putz. — *varie ornatis*: in älterer Zeit war die Frisur der Frauen einfach u. nicht abwechselnd (*varie*). — *prodisse* vertritt ein Subst. 'öffentliches Erscheinen'. — 50. *in vitium*: in bezeichnet die Richtung unserer Leichtgläubigkeit, vgl. *in bonam, malam partem accipere*. — 51. *cast. matrum i. e. virginum Vestalium*. — 52. betreffs des Gebrauchs fließenden Wassers bei gottesdienstlichen Handlungen vgl. Met. 3, 26. — 56. *iacente*, lose hangend (opp. künstlich gewunden, was sich bei heil. Handlungen nicht ziemte), vgl. Met. 4, 70.

- ,Supplicis, alma, tuae, genetrix fecunda deorum,  
 Accipe sub certa condicione preces.  
 Casta negor: Si tu damnas, meruisse fatebor;  
 60 Morte luam poenas iudice victa dea.  
 Sed, si crimen abest, tu nostrae pignora vitae  
 Re dabis, et castas casta sequere manus.  
 Dixit et exiguo funem conamine traxit.  
 Mira, sed et scaena testificata loquar:  
 65 Mota dea est, sequiturque ducem, laudatque sequendo.  
 Index laetitiae fertur in astra sonus.  
 Fluminis ad flexum veniunt — Tiberina priores  
 Atria dixerunt —, unde sinister abit.  
 Nox aderat: querno religant a stipite funem,  
 70 Dantque levi somno corpora functa cibo.  
 Lux aderat: querno solvunt a stipite funem;  
 Ante tamen posito tura dedere foco.  
 Ante coronatam puppem sine labe iuveneam  
 Mactarunt, operum coniugiique rudem.  
 75 Est locus, in Tiberim qua lubricus influit Almo  
 Et nomen magno perdit ab amne minor;  
 Illic purpurea canus cum veste sacerdos  
 Almonis dominam sacraque lavit aquis.  
 Exululant comites, furiosaque tibia flatur,  
 80 Et feriunt molles taurea terga manus.  
 Claudia praecedit laeto celeberrima vultu,  
 Credita vix tandem teste pudica dea.  
 Ipsa sedens plaustro porta est invecta Capena:  
 Sparguntur iunctae flore recente boves.

57. constr. *supplicis tuae preces*. — 61. *vita* ‚Lebenswandel‘.  
 — 64. *scaena*: wahrscheinlich war die Sache scenisch dargestellt  
 worden. — 63. *T. atria* ‚Wohnung des Tiber‘ (der Mittelpunkt des  
 Hauses, *atrium*, fürs ganze Haus). — 77. *sacerdos canus, summus*  
*Gallorum* (Archigallus). — 78. *dominam, i. e. imaginem Cybeles*.  
 — 79. *furiosam*, vgl. Fast. 27, 18. — 80. *taurea terga*, vgl.  
 Fast. 27, 16. — 83. *ipsa dea*. — 84. *boves*, die den Wagen mit dem  
 Bildnisse der Göttin zogen.

## 29. CERES UND PROSERPINA.

- Proxima victricem cum Romam inspexerit Eos,  
 Et dederit Phoebæ stella fugata locum,  
 Circus erit pompa celebr numeroque deorum,  
 Primaque ventosis palma petetur equis.  
 5 Hinc Cereris ludi; non est opus indice causa:  
 Sponte deae munus promeritumque patet.  
 Messis erat primis virides mortalibus herbae,  
 Quas tellus nullo sollicitante dabat.  
 Et modo carpebant vivaci caespite gramen,  
 10 Nunc epulae tenera fronde cacumen erant.  
 Postmodo glans nata est; bene erat iam glande reperta,  
 Duraque magnificas quercus habebat opes.  
 Prima Ceres, homine ad meliora alimenta vocato,  
 Mutavit glandes utiliore cibo.  
 15 Illa ingo tauros collum praebere coëgit:  
 Tunc primum soles eruta vidit humus.  
 Aes erat in pretio: chalybeia massa latebat.  
 Eheu! perpetuo debuit illa tegi.  
 Pace Ceres laeta est: et vos orate, coloni,  
 20 Perpetuam pacem pacificumque ducem.  
 Farra deae micæque licet salientis honorem  
 Detis, et in veteres turea grana focos.  
 Et, si tura aberunt, unctas accendite taedas.  
 Parva bonae Cereri, sint modo casta, placent.  
 25 A bove succincti cultros removete ministri!  
 Bos aret; ignavam sacrificate suem.  
 Aptæ iugo cervix non est ferienda securi:  
 Vivat, et in dura saepe laboret humo.

29, 1. *proxima Eos*, die des 11. April, des Anfanges des  
 Festes der Ceres mit Wettrennen im Circus Maximus, wohin man  
 sich in feierlicher Procession, die höchsten Magistrate voran, vom  
 Capitol aus begab, die Götterbilder tragend oder fahrend. Die Sieger  
 erhielten Palmzweige. — 2. *stella*, collectiv. — 5. *indice*, vgl.  
*Fast.* 3, 3. — 16. *eruta* ‚umgepflügt‘. — 20. *pacificum*, vgl.  
*Fast.* 7, 13. u. 14. — 21. *farra* vgl. *Fast.* 6, 10; aus Spelt und Salz be-  
 stand die *mola salsa*. — 23. *unctas*, mit Wachs oder Pech, vgl.  
 v. 92. — 25. *succincti*: die Opferschlächter (*ministri* = *popae*) waren  
 nur mit einem Schurz um die Lenden bekleidet, der bis ans Knie reichte.

- Exigit ipse locus, raptus ut virginis edam.  
 30 Plura recognosces, pauca docendus eris.  
 Terra tribus scopulis vastum procurrit in aequor  
 Trinacris, a positu nomen adepta loci;  
 Grata domus Cereri; multas ea possidet urbes,  
 In quibus est culto fertilis Henna solo.  
 35 Frigida caelestum matres Arethusa vocarat;  
 Venerat ad sacras et dea flava dapes.  
 Filia, consuetis ut erat comitata puellis,  
 Errabat nudo per sua prata pede.  
 Valle sub umbrosa locus est aspergine multa  
 40 Uvidus ex alto desilientis aquae.  
 Tot fuerant illic, quot habet natura, colores,  
 Pictaque dissimili flore nitebat humus.  
 Quam simul aspexit, 'Comites, accedite!' dixit  
 'Et mecum plenos flore referte sinus!'  
 45 Praeda puellares animos prolecat inanis,  
 Et non sentitur sedulitate labor.  
 Haec implet lento calathos e vimine nexos,  
 Haec gremium, laxos degravat illa sinus.  
 Illa legit calthas, huic sunt violaria curae;  
 50 Illa papavereas subsecat ungue comas;  
 Has, hyacinthe, tenes; illas, amarante, moraris:  
 Pars thyma, pars casiam, pars meliloton amat.  
 Plurima lecta rosa est; sunt et sine nomine flores.  
 Ipsa crocos tenues liliaque alba legit.  
 55 Carpendi studio paulatim longius itur,  
 Et dominam casu nulla secuta comes.  
 Hanc videt et visam patruus velociter aufert,  
 Regnaque caeruleis in sua portat equis.  
 Illa quidem clamabat 'Io, carissima mater,  
 60 Auferor!' ipsa suos abscideratque sinus.  
 Panditur interea Diti via; namque diurnum  
 Lumen inassueti vix patiuntur equi.  
 At chorus aequalis, cumulatae flore ministrae,

31. *scopulis* i. e. *promunturiis*. — 35. *vocarat ad dapes*. —  
 36. *dea flava*, Ceres (wegen des gelben Aehrenkranzes vgl. 214). —  
 41. *fuerant*, vgl. Gramm. § 140, A. — 42. *flore*, collectiv. — 53.  
*sunt lecti*. — 57. *patruus*, Pluto, Bruder des Iuppiter und der  
 Ceres. — 60. *absciderat*, wie Verzweifelnde thun, zu *sinus* vgl. v. 44.

- 'Persephone,' clamant, ad tua dona veni!  
 65 Ut clamata silet, montes ululatibus implent,  
 Et feriunt maestae pectora nuda manus.  
 Attonita est plangore Ceres — modo venerat Hennam —  
 Nec mora, 'Me miseram! filia,' dixit, ubi est?  
 Mentis inops rapitur, quales audire solemus  
 70 Threïcias fuis maenadas ire comis.  
 Ut vitulo mugit sua mater ab ubere raptō,  
 Et quaerit fetus per nemus omne suos:  
 Sic dea; nec retinet gemitus, et concita cursu  
 Fertur, et e campis incipit, Henna, tuis.  
 75 Inde puellaris nacta est vestigia plantae,  
 Et pressam noto pondere vidit humum.  
 Forsitan illa dies erroris summa fuisset,  
 Si non turbassent signa reperta sues. —  
 Quacumque ingreditur, miseris loca cuncta querelis  
 80 Implet, ut amissum cum gemit ales Ityn,  
 Perque vices modo 'Persephone,' modo 'Filia!' clamat,  
 Clamat, et alternis nomen utrumque ciet.  
 Sed neque Persephone Cererem, nec filia matrem  
 Audit, et alternis nomen utrumque perit.  
 85 Unaque, pastorem vidisset an arva colentem,  
 Vox erat: 'Hac gressus eequa puella tulit?'  
 Iam color unus inest rebus, tenebrisque teguntur  
 Omnia; iam vigiles conticuere canes.  
 90 Alta iacet vasti super ora Typhoëos Aetne,  
 Cuius anhelatis ignibus ardet humus.  
 Illic accendit geminas pro lampade pinus —  
 Hinc Cereris sacris nunc quoque taeda datur —  
 Est specus exesi structura punicis asper,  
 Non homini regio, non adeunda ferae:  
 95 Quo simul ac venit, frenatos curribus angues

66. *nuda*, weil auch sie aus gleichem Grunde ihre Gewänder  
 zerrissen hatten. — 74. *et*, und zwar. — 77. *summa*, der letzte.  
 — 78. *sues*, auch den Gaben der Ceres schädlich, vgl. *Met.* 36, 52 ff.  
 — 80. *ales*, die Nachtigall, die verwandelte Philomela; *Ityn*, deren  
 Sohn. — 82. *alternis* (*vicibus*), abwechselnd. — 85. *vidisset an*:  
 zur Erklärung der indirecten Doppelfrage ergänze etwa *nihil intererat*.  
 — 89. *Typhoëos* (unter dem Aetna begrabener Gigant), griech.  
 Genet. vom Nom. *Thyphoeus*.

- Iungit, et aequoreas sicca pererrat aquas.  
 Effugit et Syrtes et te, Zanclaea Charybdis,  
 Et vos, Nisaei, naufraga monstra, canes,  
 Hadriacumque patens late, bimaremque Corinthon.  
 100 Sic venit ad portus, Attica terra, tuos.  
 Hic primum sedit gelido maestissima saxo.  
 Illud Cecropidae nunc quoque triste vocant.  
 Sub Iove duravit multis immota diebus,  
 Et lunae patiens et pluvialis aquae.  
 105 Fors sua cuique loco est. Quo nunc Cerealis Eleusin,  
 Dicitur hoc Celei rura fuisse senis.  
 Ille domum glandes excussa que mora rubetis  
 Portat, et arsuris arida ligna focis.  
 Filia parva duas redigebat rupe capellas,  
 110 Et tener in cunis filius aeger erat.  
 Mater! ait virgo — mota est dea nomine matris —  
 ‚Quid facis in solis incommitata locis?‘  
 Restitit et senior, quamvis onus urget, et orat  
 Tecta suae subeat quantulumque casae.  
 115 Illa negat; simularat anum, mitraque capillos  
 Presserat; instanti talia dicta refert:  
 ‚Sospes eas, semperque parens! mihi filia rapta est.  
 Heu! melior quanto sors tua sorte mea est.‘  
 Dixit, et, ut lacrimae, — neque enim lacrimare deorum est —  
 120 Decidit in tepidos lucida gutta sinus.  
 Flent pariter molles animis virgoque senexque,  
 E quibus haec iusti verba fuere senis:  
 ‚Sic tibi, quam raptam quereris, sit filia sospes:  
 Surge, nec exiguae despice tecta casae.‘  
 125 Cui dea ‚Duc!‘ inquit; ‚scisti, qua cogere posses.‘  
 Seque levat saxo, subsequiturque senem.  
 Dux comiti narrat, quam sit sibi filius aeger,

97. *Zanclaea*: der Meeresstrudel war in der Nähe von Messina, dem alten Zankle. — 98. *Nisaei canes, i. e. Scylla* (Tochter des Nisus), deren Leib in eine Menge Hunde ausging. — *naufraga*, activ. — 102. *triste, ἀγλαστός πέτρα*, in der Nähe von Eleusis. — 103. *sub Iove, i. e. sub divo*. — 105. *quo loco*. — *Eleusin* (u. *is*, im Nom.) *Cerealis*, wegen der der Ceres geweihten Eleusinischen Mysterien. — 107. *mora* ‚Brombeeren‘. — 116. *presserat*: die Mitra lag fest an den Haaren angeschlossen. — 125. *qua ratione*.

- Nec capiat somnos invigiletque malis.  
 Illa soporiferum, parvos initura penates,  
 130 Colligit agresti lene papaver humo.  
 Dum legit, oblito fertur gustasse palato,  
 Longamque imprudens exsoluisse famem.  
 Quae quia principio posuit ieiunia noctis,  
 Tempus habent mystae sidera visa cibi.  
 135 Limen ut intravit, luctus videt omnia plena.  
 Iam spes in puero nulla salutis erat.  
 Matre salutata — mater Metanira vocatur —  
 Iungere dignata est os puerile suo.  
 Pallor abit, subitasque vident in corpore vires.  
 140 Tantis caelesti venit ab ore vigor.  
 Tota domus laeta est: hoc est, materque paterque  
 Nataque; tres illi tota fuere domus.  
 Mox epulas ponunt, liquefacta coagula lacte  
 Pomaque et in ceris aurea mella suis.  
 145 Abstinet alma Ceres, somnique papavera causas  
 Dat tibi cum tepido lacte bibenda, puer.  
 Noctis erat medium placidique silentia somni:  
 Triptolemmum gremio sustulit illa suo,  
 Terque manu permulsit eum, tria carmina dixit,  
 150 Carmina mortali non referenda sono,  
 Inque foco corpus pueri vivente favilla  
 Obruit, humanum purget ut ignis onus.  
 Excutitur somno stulte pia mater, et amens  
 ‚Quid facis?‘ exclamat, membraque ab igne rapit.  
 155 Cui dea ‚Dum non es,‘ dixit ‚scelerata fuisti:  
 Irrita materno sunt mea dona metu.  
 Iste quidem mortalis erit; sed primus arabit  
 Et seret et culta praemia tollet humo.‘  
 Dixit, et egrediens nubem trahit, inque dracones

131. *oblito*: sie hatte gelobt, erst nach Wiederauffindung ihrer Tochter Speise zu sich zu nehmen. — 132. *exsoluisse* = *exsoluisse*. — 134. *visa sidera* ‚Sichtbarwerden der Gestirne‘. — *tempus cibi*: vorher mussten sie fasten. — 143. *coagula*, vgl. *Met.* 33, 99. — 152. *humanum onus*: das Feuer soll den Knaben vom Menschlichen, als von dem das Göttliche belästigenden, befreien. — 153. *stulte pia* in thörichter Mutterliebe. — 155. *dum non es* erg. *scelerata*. — 159. *nubem trahit*: die Wolke, in die sie sich hüllen will, zieht sie an sich. — *dracones i. e. currum a draconibus vectum*.

- 160 Transit, et alifero tollitur axe Ceres.  
 Sunion expositum Piraeaque tuta recessu  
 Linquit, et in dextrum quae iacet ora latus.  
 Hinc init Aegaeum, quo Cycladas aspicit omnes,  
 Ioniumque rapax Icariumque legit:  
 165 Perque urbes Asiae longum petit Hellespontum,  
 Diversumque locis alta pererrat iter.  
 Nam modo turilegos Arabas, modo despicit Indos,  
 Hinc Libys, hinc Meroë siccaque terra subest:  
 Nunc adit Hesperios, Rhenum Rhodanumque Padumque  
 170 Teque future parens, Thybri, potentis aquae.  
 Quo feror? immensum est erratas dicere terras.  
 Praeteritus Cereri nullus in orbe locus.  
 Errat et in caelo, liquidique immunia ponti  
 Alloquitur gelido proxima signa polo:  
 175 Parrhasides stellae — namque omnia nosse potestis,  
 Aequoreas numquam cum subeatis aquas —  
 Persephonen natam miserae monstrate parenti?  
 Dixerat. Huic Helice talia verba refert:  
 Crimine nox vacua est. Solem de virgine rapta  
 180 Consule, qui late facta diurna videt.  
 Sol aditus, Quam quaeris, ait, ne vana labores,  
 Nupta Iovis fratri tertia regna tenet.  
 Questa diu secum sic est adfata Tonantem,  
 Maximaque in vultu signa dolentis erant:  
 185 Si memor es, de quo mihi sit Proserpina nata,  
 Dimidium curae debet habere tuae.  
 Orbe pererrato sola est iniuria facti

160. *axe i. e. curru.* — 161. *expositum (ponio)* ‚hervorspringend‘. — *Piraea* dicit. Form für Piraeum, Hafen von Athen. — 162. *constr. et oram, quae in etc.* — 163. *Aegaeum sc. mare.* — 164. *Ionium*, Meer bei Ionien. — *legit* ‚durchfährt‘. — 166. *diversum locis*, nach verschiedenen Richtungen. — 168. *sicca terra*, die Wüste. — 173. *Liquidique imm. ponti signa*, die beiden (für die im 36. Gr. nördl. Breite wohnenden Menschen) nie ins Meer tauchenden Bären; cf. 176 u. *Iliad.* XVIII. 489: (ἄρκτος) ἰοεργῶν ἑμποροῦ Ἀρκάριοις. — 175. *Parrhasides* ‚arcadische‘; die in eine Bärin verwandelte und mit ihrem Sohne Arcas unter die Sterne versetzte Callisto (Helice als Sternbild) war aus Arcadien. — 181. *vana*, Acc. — 185. *de quo i. e. Iove.* — 187. Sinn: nur von der Gewaltthat hat sie Kenntniss.

- Cognita; commissi praemia raptor habet.  
 At neque Persephone digna est praedone marito,  
 190 Nec gener hoc nobis more parandus erat.  
 Quid gravius, victore Gye, captiva tulissem,  
 Quam nunc, te caeli scepra tenente, tuli?  
 Verum impune ferat, nos haec patiemur inultae;  
 Reddat, et emendet facta priora novis.  
 195 Iuppiter hanc lenit, factumque excusat amore,  
 ‚Nec gener est nobis ille pudendus‘ ait.  
 ‚Non ego nobilior; posita est mihi regia caelo:  
 Possidet alter aquas, alter inane chaos.  
 Sed si forte tibi non est mutabile pectus,  
 200 Statque semel iuncti rumpere vincla tori,  
 Hoc quoque temptemus, siquidem ieiuna remansit;  
 Si minus, inferni coniugis uxor erit.‘  
 Tartara iussus adit sumptis caducifer alis,  
 Speque redit citius visaque certa refert.  
 205 ‚Rapta tribus‘ dixit ‚solvit ieiunia granis,  
 Punica quae lento cortice poma tegunt.‘  
 Haud secus indoluit, quam si modo rapta fuisset,  
 Maesta parens; longa vixque refecta mora est.  
 Atque ita ‚Nec nobis caelum est habitabile‘ dixit:  
 210 ‚Taenaria recipi me quoque valle iube.‘  
 Et factura fuit, pactus nisi Iuppiter esset,  
 Bis tribus ut caelo mensibus illa foret.  
 Tum demum vultumque Ceres animumque recepit,  
 Imposuitque suae spicea sarta comae:  
 215 Largaque provenit cessatis messis in arvis,  
 Et vix congestas area cepit opes.  
 Alba decent Cererem; vestes Cerealibus albas  
 Sumite; nunc pulli velleris usus abest.

188. *commissum*, subst. — 191. *Gyes*, ein Gigas centimānus, die mit den Titanen den Himmel stürzten, um den Iuppiter zu entthronen, vgl. *Met.* 1, 63 ff. — 198. *Chaos*, das Schattenreich. — 200. *sial, i. e. constitutum, certum est.* — 202. *similinus*, vgl. *Gramm.* § 316. A. 5. — 206. *Punica poma* ‚Granatäpfel‘. — 210. *Taenaria valle i. e.* die Unterwelt, so genannt von dem Eingange am Vorgebirge Taenaron. — 215. *cessatis* ‚die man hatte brach liegen lassen‘. In ihrem Schmerz und Zorn hatte Ceres alles Wachsen und Gedeihen der Früchte aufhören lassen.



## 30. URSPRUNG DES VERBRENNENS DER FÜCHSE.

- Tertia post Hyadas cum lux erit orta remotas,  
 Carcere partitos circus habebit equos.  
 Cur igitur missae vinetis ardentia taedis  
 Terga ferant vulpes, causa docenda mihi est.
- 5 Frigida Carseolis nec olivis apta ferendis  
 Terra, sed ad segetes ingeniosus ager.  
 Hac ego Paelignos, natalia rura, petebam,  
 Parva, sed assiduis uvida semper aquis.  
 Hospitis antiqui solitas intravimus aedes.
- 10 Dempserat emeritis iam iuga Phoebus equis.  
 Is mihi multa quidem, sed et haec narrare solebat,  
 Unde meum praesens instrueretur opus;  
 ‚Hoc‘ ait ‚in campo‘, campumque ostendit, ‚habebat  
 Rus breve cum duro parca colona viro.
- 15 Ille suam peragebat humum, sive usus aratri,  
 Seu curvae faleis, sive bidentis erat.  
 Haec modo verrebat stantem tibicine villam,  
 Nunc matris plumis ova fovenda dabat;  
 Aut virides malvas, aut fungos colligit albos,
- 20 Aut humilem grato calfacit igne focum.  
 Et tamen assiduis exercet bracchia telis,  
 Adversusque minas frigoris arma parat.  
 Filius huius erat primo lascivus in aevo,  
 Addideratque annos ad duo lustra duos.
- 25 Is capit extremi vulpem convalle salicti;

30. Am 19. April, dem letzten und volkstümlichsten Tage des Ceresfestes, Pferderennen und Fuchshetze im Circus. Letztere ist eine sinnbildliche Erinnerung an den Schaden, den die Felder vom Kornbrande, Rotfuchs (*robigo*) genannt, zu befürchten hatten und den man beschwor. Folgt nämlich in dieser Zeit der Sonnenbrand zu schnell auf den Reif oder den Thau der kühlen Nächte, so rast jenes Uebel wie ein brennender Fuchs durch die Felder; vgl. *Fast.* Nr. 32. — 2. *carcere*: unde mittuntur equi, nunc dicuntur carceres. — *partitos*, passivisch. — 7. *hac*, über dieses Land. — 10. *emeritis*, bezüglich des verrichteten Tagewerkes. — 14. *durus* ‚hartgewöhnt‘. — 17. *tibicen*, ein (die Hütte stützender) Balken. — 18. *fovere* ‚ausbrüten‘. — 21. *telis* ‚Gewebe‘.

- Abstulerat multas illa cohortis aves.  
 Captivam stipula faenoque involvit, et ignes  
 Admovet: urentes effugit illa manus.  
 Qua fugit, incendit vestitos messibus agros;
- 30 Damnosis vires ignibus aura dabat.  
 Factum abiit, monumenta manent; namque urere captam  
 Nunc quoque lex vulpem Carseolana vetat.  
 Utque luat poenas gens haec, Cerealibus ardet;  
 Quoque modo segetes perdidit, ipsa perit.

## 31. FÜR DEN HIRTEN AM PALESFESTE.

- Pastor, oves saturas ad prima crepuscula lustra;  
 Unda prius spargat, virgaque verrat humum.  
 Frondibus et fixis decorentur ovilia ramis,  
 Et tegat ornatas longa corona fores.
- 5 Caerulei fiant vivo de sulphure fumi,  
 Tactaque fumanti sulphure balet ovis.  
 Ure mares oleas taedamque herbasque Sabinas,  
 Et crepet in mediis laurus adusta focis.
- 10 Silvicolam et tepido lacte precare Palen.  
 ‚Consule‘ die ‚pecori pariter pecorisque magistris:  
 Effugiat stabulis noxa repulsa meis.  
 Sive sacro pavi, sedive sub arbore sacra,  
 Pabulaque e bustis insecia carpsit ovis:
- 15 Si nemus intravi vetitum, nostrisve fugatae

26. *cohors* (*ζόφος*) ‚Hof. — *aves*, Hühner. — 31. *abiit* ist vergangen. — 33. *gens* der Füchse.

31. Die Palilia, ein Reinigungs- und Sühfest, zu Ehren der Hirtengöttin Pales, in Rom sowie weit und breit auf dem Lande am 21. April gefeiert. — 2. *virga*: man wählte gern einen Lorbeerzweig zum Reinigungsmittel. — 5. *sulphure*: die Räucherung mit Schwefel, auch sonst bei heil. Handlungen gebräuchlich, diente in den Ställen zugleich als Reinigungsmittel von Dünsten. — 7. *mares*: auch die Bäume theilen die Alten in männliche und weibliche ein. — *taeda* Fichtenholz. — *herba Sabina* Säbenbaum, auch Räucherwerk. — 8. *crepet*: starkes Knistern ein gutes Zeichen. — 9. *liba de milio* ‚Hirsekekuchen‘. — 13. *sacro*, Subst. — 14. *bustis*: Begräbnissplätze gehörten auch zu den heil. Orten.

- Sunt oculis nymphae, semicaperve deus:  
 Si mea falx ramo lucum spoliavit opaco,  
 Unde data est aegrae fiscina frondis ovi:  
 Da veniam culpae; nec, dum degrandinat, obsit
- 20 Agresti fano supposuisse pecus.  
 Nec noceat turbasse lacus; ignosite, nymphae,  
 Mota quod obscuras ungula fecit aquas.  
 Tu, dea, pro nobis fontes fontanaque placa  
 Numina, tu sparsos per nemus omne deos.
- 25 Nec dryadas, nec nos videamus labra Dianae,  
 Nec Faunum, medio cum premit arva die.  
 Pelle procul morbos; valeant hominesque gregesque,  
 Et valeant vigiles, provida turba, canes.  
 Neve minus multos redigam, quam mane fuerunt,
- 30 Neve gemam referens vellera rapta lupo.  
 Absit iniqua fames; herbae frondesque supersint,  
 Quaeque lavent artus, quaeque bibantur, aquae.  
 Ubera plena premam; referat mihi caseus aera,  
 Multus et haedus sint agnaeque mi stabulo.
- 35 Lanaeque proveniat nullas laesura puellas,  
 Mollis et ad teneras quamlibet apta manus.  
 Quae precor, eveniant; et nos faciamus ad annum  
 Pastorum dominae grandia liba Pali.  
 His dea placanda est; haec tu conversus ad ortus
- 40 Dic quater, et vivo perlue rore manus.  
 Tum licet apposita, veluti cratera, camella  
 Lac niveum potes purpureamque sapatam:  
 Moxque per ardentis stipulae crepitantis acervos  
 Traicias celeri strenua membra pede.

16. *nymphae*, Dryaden wie v. 21. Najaden. — *deus*, Faunus. — 25. *labra* (Bad) *Dianae* für *Dianam corpus lavantem*. — 26. *premit arva dormiens*. — 29. *multos greges*. — 32. constr. et (*supersint*) *aquae, quae lavent et quae bibantur*. — 33. *aera*, der Erlös vom Verkaufen. — 35. *laesura*, beim Spinnen. — 37. *ad annum*, übers Jahr: *ad* zur Bezeichnung der Zeit, bis zu welcher etwas geschehen soll. — 40. *vivus ros*, Quellwasser, vgl. *Met.* 3, 26. — 44. *traicere membra* = *transilire*: das dreimalige Springen über brennendes Bohnenstroh bedeutet Reinigung durch Feuer (Ähnliches bei den alten Deutschen).

## 32. ROBIGALIA (AM 25. APRIL).

- Hac mihi Nomento Romam cum luce redirem,  
 Obstitit in media candida turba via.  
 Flamen in antiquae lucum Robiginis ibat,  
 Exta canis flammis, exta daturus ovis.
- 5 Protinus accessi, ritus ne nescius essem;  
 Edidit haec flamen verba, Quirine, tuus:  
 Aspera Robigo, pareas cerealibus herbis,  
 Et tremat in summa leve cacumen humo.  
 Tu sata sideribus caeli nutrita secundi
- 10 Crescere, dum fiant falcibus apta, sinas.  
 Vis tua non levis est: quae tu frumenta notasti,  
 Maestus in amissis illa colonus habet.  
 Nec venti tantum cereri nocuere, nec imbres,  
 Nec sic marmoreo pallet adusta gelu,
- 15 Quantum, si culmos Titan incalfacit udos.  
 Tunc locus est irae, diva timenda, tuae.  
 Parce, precor, scabrasque manus a messibus aufer,  
 Neve noce cultis: posse nocere sat est.  
 Nec teneras segetes, sed durum amplectere ferrum;
- 20 Quodque potest alios perdere, perde prior.  
 Utilius gladios et tela nocentia carpes.  
 Nil opus est illis; otia mandus agit.  
 Sarcula nunc durusque bidens et vomer aduncus,  
 Ruris opes, niteant; inquinet arma situs.
- 25 Conatusque aliquis vagina ducere ferrum,  
 Astrictum longa sentiat esse mora.  
 At tu ne viola cererem! semperque colonus  
 Absenti possit solvere vota tibi.

32. Zur Zeit, wo man den Kornbrand am meisten fürchtete (vgl. Nr. 30, Anm.), begab sich eine Procession in weissen Festkleidern (vgl. v. 2), vom Flamen Quirinalis geführt, in den alten Hain der Göttin Robigo, um die Abwehr dieses Uebels zu erhehen. — 4. *canis*, von rötlicher Farbe. — 7. *aspera* (die das Getreide rauh machende) *oppos. leve*. — 11. *notasti*, mit dem Roste. — 12. *in amissis habere*, vgl. *in summis ducibus, in numero sapientium habere*. — 13. *nocuere*, aorist. Perf. — 14. *marmoreo gelu i. e. Reif*. — 21. *carpere*, zernagen.

- Dixerat; a dextra villis mantele solutis  
 30 Cumque meri patera turis acerra fuit.  
 Tura focis vinumque dedit fibrasque bidentis  
 Turpiaque obscenae (vidimus!) exta canis.

## 33. DER NAME MAI.

- Magna fuit quondam capitis reverentia cani,  
 Inque suo pretio ruga senilis erat.  
 Martis opus iuvenes animosaque bella gerebant,  
 Et pro dis aderant in statione suis.  
 5 Viribus illa minor nec habendis utilis armis  
 Consilio patriae saepe ferebat opem.  
 Nec nisi post annos patuit tunc curia seros,  
 Nomen et aetatis mite senatus erat.  
 Iura dabat populo senior; finitaque certis  
 10 Legibus est aetas, unde petatur honor.  
 Et medius iuvenum, non indignantibus ipsis,  
 Ibat, et interior, si comes unus erat.  
 Verba quis auderet coram sene digna rubore  
 Dicere? censuram longa senecta dabat.  
 15 Romulus hoc vidit selectaque pectora patres  
 Dixit; ad hos urbis summa relata novae.  
 Hinc sua maiores tribuisse vocabula Maio  
 Tangor et aetati consuluisse suae.

29. *villis solutis*, (Abl. qualit.) 'zottig'. — 31. *fibras* (eigentlich 'Fasern') = *exta*. — 32. *turpia obscenae*, vgl. die homerischen Epitheta *Κῶων*, *Κυνώπης*, indem der Hund als das Sinnbild der Schamlosigkeit galt.

33. 5. *illa* erg. *senectus* aus *ruga senilis*. — 8. (*nomen*) *aetatis mite* für *aetatis mitis* = *senectutis*. — 12. *interior*, an der Häuserseite, um ihn nicht dem Gedränge auf der Strasse aussetzen. — 13. *auderet*, vgl. Gramm. § 311. — 14. *censura* (Privat-) Censur, das Recht zu rügen. — 15. *pectus*, der Sitz der Gefühle u. der Einsicht, für den Menschen selbst. — 16. *summa*, 'die höchste Gewalt'. — 18. *tangor* = *tangor ut credam* vgl. *adducor* mit Acc. c. Inf.

## 34. FLORA.

- Mater, ades, florum, ludis celebranda iocosis!  
 Distuleram partes mense priore tuas.  
 Incipis Aprili, transis in tempora Maii.  
 Alter te fugiens, cum venit alter habet.  
 5 Cum tua sint cedantque tibi confinia mensum,  
 Convenit in laudes ille vel ille tuas.  
 Ipsa doce, quae sis; hominum sententia fallax.  
 Optima tu proprii nominis auctor eris.  
 Sic ego; sic nostris respondit diva rogatis —  
 10 Dum loquitur, vernas efflat ab ore rosas —:  
 'Chloris eram, quae Flora vocor; corrupta Latino  
 Nominis est nostri littera Graeca sono.  
 Chloris eram, nymphe campi felicis, ubi audis  
 Rem fortunatis ante fuisse viris.  
 15 Quae fuerit mihi forma, grave est narrare modestae;  
 Sed generum matri repperit illa deum.  
 Ver erat, errabam: Zephyrus conspexit, abibam;  
 Insequitur, fugio; fortior ille fuit.  
 Coniuge vere fruor, vere est nitidissimus annus,  
 20 Arbor habet frondes, pabula semper humus.  
 Est mihi fecundus dotalibus hortus in agris:  
 Aura fovet, liquidae fonte rigatur aquae.  
 Hunc meus implevit generoso flore maritus,  
 Atque ait, 'Arbitrium tu, dea, floris habe.'  
 25 Saepe ego digestos volui numerare colores,  
 Nec potui; numero copia maior erat.  
 Roseida cum primum foliis excussa pruina est,  
 Et variae radiis intepuere comae,  
 Conveniunt pictis incinctae vestibus Horae.

34. Zum Feste Floralia (seit 581 ab U. c. fest angeordnet, vgl. v. 87 u. 88) vom 28. April bis 3. Mai gefeiert (vgl. v. 3 bis 6) unter vielen Volksbelustigungen. — 2. *partes*, Obliegenheiten. — 5. *cedere* 'zu Theil werden'. — 13. *campus felix*, die seligen Inseln, ein fabelhaftes Land an der Westseite Africa's. — 14. *rem* 'Staat'. — 17. *errabam*, syn. *ambulabam*. — 28. *comae*: 'das Haar der Bäume' findet sich auch bei deutschen Dichtern. — *radiis* der Morgensonne.

- 30 Inque leves calathos munera nostra legunt.  
Protinus accedunt Charites, nectuntque coronas  
Sertaque caelestes implicitura comas.  
Prima per immensas sparsi nova semina gentes;  
Unius tellus ante coloris erat.
- 35 Forsitan in teneris tantum mea regna coronis  
Esse putes; tangit numen et arva meum.  
Si bene floruerint segetes, erit area dives;  
Si bene floruerit vinea, Bacchus erit;  
Si bene floruerint oleae, nitidissimus annus,
- 40 Pomaque proventum temporis huius habent.  
Mella meum munus; volucres ego mella daturas  
Ad violam et cytisos et thyma cana voco.  
Talia dicentem tacitus mirabar. At illa  
.Ius tibi discendi, siqua requiris' ait.
- 45 'Dic dea,' respondi 'ludorum quae sit origo.'  
Vix bene desieram, rettulit illa mihi:  
'Cetera luxuriae nondum instrumenta vigeant:  
Aut pecus aut latam dives habebat humum. —  
Hinc etiam locuples, hinc ipsa pecunia dicta est. —
- 50 Sed iam de vetito quisque parabat opes.  
Venerat in morem populi depascere saltus,  
Idque diu licuit, poenaque nulla fuit.  
Vindice servabat nullo sua publica vulgus:  
Iamque in privato pascere inertis erat.
- 55 Plebis ad aediles perducta licentia talis  
Publicios; animus defuit ante viris.  
Rem populus recipit; multam subiere nocentes.  
Vindicibus laudi publica cura fuit.  
Multa data est ex parte mihi, magnoque favore
- 60 Victores ludos instituere novos.'  
Annua credideram spectacula facta; negavit,  
Addidit et dictis altera verba suis:  
'Nos quoque tangit honor; festis gaudemus et aris,

38. *Bacchus*, sc. *dives*. — 40. *huius i. e. mei*, der Blütezeit. — 46. *bene* ‚völlig‘. — 51. *populi saltus*: wer diesen Theil des *ager publicus* (*pascua publica*) für sein Vieh benutzte, musste etwas in die Staatscasse zahlen. — 53. *vindice nullo* erklärt sich aus v. 55 bis 58. — *publica* ‚Staats Einkünfte‘. — 56. *Publicios*, *L. u. M. Publicius Malleolus* (514 ab U. c.).

- Turbaque caelestes ambitiosa sumus.
- 65 Saepe deos aliquis peccando fecit iniquos,  
Et pro delictis hostia blanda fuit.  
Saepe Iovem vidi, cum iam sua mittere vellet  
Fulmina, ture dato sustinuisse manum.  
At si neglegimur, magnis iniuria poenis
- 70 Solvitur, et iustum praeterit ira modum.  
Longa referre mora est correctae obliviae damnis.  
Me quoque Romani praeteriere patres.  
Quid facerem, per quod fierem manifesta doloris?  
Exigerem nostrae qualia damna notae?
- 75 Excidit officium tristi mihi: nulla tuebar  
Rura, nec in pretio fertilis hortus erat:  
Lilia deciderant, violas arere videres,  
Filaque puniceae languida facta croci.  
Saepe mihi Zephyrus ‚Dotes corrumpere noli
- 80 Ipsa tuas' dixit: dos mihi vilis erat.  
Florebant oleae, venti nocuere protervi:  
Florebant segetes, grandine laesa ceres:  
In spe vitis erat, caelum nigrescit ab austris,  
Et subita frondes decutiuntur aqua.
- 85 Nec volui fieri, nec sum crudelis in ira:  
Cura repellendi sed mihi nulla fuit.  
Convenere patres, et, si bene floreat annus,  
Numinibus nostris annua festa vovent.  
Adnuimus voto. Consul cum consule ludos
- 90 Postumio Laenas persolvere mihi.'

## 35. CHIRON.

Pelion Haemoniae mons est obversus in austros:  
Summa virent pinu, cetera quercus habet.

71. *obliviae*, die Götter zu ehren. — 72. *praeteriere*, durch Nichtfeier der Spiele. — 73. *facerem*, vgl. Gramm. § 311. — *doloris*, Gen. relat. — 74. *nota* ‚Beschimpfung‘. Nach einer anderen Erklärung ist *notae nostrae* gen. qual. ‚unseres Zeichens‘, d. i. *damna*, die das Zeichen an sich trügen, dass sie von uns verhängt werden. — 75. *excidit* sc. *memoria*. — 78. *fila* ‚Staubfäden‘. — 86. *repellendi ventos, grandinem* etc.

- Phillyrides tenuit; saxo stant antra vetusto,  
Quae iustum memorant incoluisse senem.
- 5 Ille manus, olim missuras Hecora leto,  
Creditor in lyricis detinuisse modis.  
Venerat Alcides exhausta parte laborum,  
Iussaque restabant ultima paene viro.  
Stare simul casu Troiae duo fata videres:
- 10 Hinc puer Aeacides, hinc Iove natus erat.  
Excipit hospitio iuvenem Philyreius heros,  
Et causam adventus hic rogat, ille docet.  
Perspicit interea clavam spoliūque leonis,  
'Vir' que ait 'his armis, armaque digna viro!'
- 15 Nec se, quin horrens auderent tangere saetis  
Vellus, Achilleae continuere manus.  
Dumque senex tractat squalentia tela venenis,  
Excidit et laevo fixa sagitta pede est.  
Ingemuit Chiron, traxitque e corpore ferrum;
- 20 Adgemit Alcides Haemoniusque ferum.  
Ipse tamen lectas Pagasaeis collibus herbas  
Temperat, et vana vulnera mulcet ope.  
Virus edax superabat opem, penitusque recepta  
Ossibus et toto corpore pestis erat.
- 25 Sanguine Centauri Lernaee sanguis echidnae  
Mixtus ad auxilium tempora nulla dabat.  
Stabat, ut ante patrem, lacrimis perfusus Achilles;  
Sic flendus Peleus, si moreretur, erat.  
Saepe manus aegras manibus fingeat amicis —
- 30 Morum, quos fecit, praemia doctor habet, —  
Oscula saepe dedit; dixit quoque saepe iacenti:  
'Vive, precor, nec me, care, relinque, pater!'  
Nona dies aderat, cum tu, iustissime Chiron,  
Bis septem stellis corpora cinctus eras.

35, 3, *Phillyrides*, Chiron, Centaur, wegen seiner Gerechtigkeit, seines Saitenspiels und als Arzt berühmt, Erzieher des Achilles. — 8, *iussa*, die von Eurystheus auferlegten Arbeiten. — 9, *duo fata i. e. duos viros Troiae fatales*; Hercules hatte schon früher Troia zerstört. — 20, *Haem. puer*, Achilles. — 25, *sanguis*: die Pfeile des Hercules waren in das Blut der Lernäischen Schlange getaucht. — 29, *fingeat* 'streichelte'. — 33, *tu*, als Sternbild.

## 36. LEMURIA.

- Nox ubi iam media est, somnoque silentia praebet,  
Et canis et variae conticuistis aves,  
Ille memor veteris ritus timidusque deorum  
Surgit: habent gemini vincula nulla pedes.
- 5 Signaque dat digitis medio cum pollice iunctis,  
Occurrat tacito ne levis umbra sibi.  
Cumque manus puras fontana perluit unda,  
Vertitur, et nigras accipit ore fabas,  
Aversusque iacit; sed dum iacit, 'Haec ego mitto,  
10 His' inquit 'redimo meque meosque fabis!'  
Hoc novies dicit, nec respicit; umbra putatur  
Colligere et nullo terga vidente sequi.  
Rursus aquam tangit, Temesaeaeque concrepat aera,  
Et rogat, ut tectis exeat umbra suis.
- 15 Cum dixit novies 'Manes exite paterni,'  
Respicit, et pure sacra peracta putat.

## 37. AN MERCUR.

- Clare nepos Atlantis, ades! quem montibus olim  
Edidit Arcadiis Pleias uda Iovi:  
Pacis et armorum superis imisque deorum  
Arbiter, alato qui pede carpis iter:  
5 Laete lyrae pulsu, nitida quoque laete palaestra,

36. An diesem Feste, das in drei Nächten (9., 11. u. 13. Mai) begangen wurde, suchte man durch die hier beschriebenen Gebräuche die Spukgeister (*lemures*) der ihre alten Wohnungen wieder aufsuchenden Verwandten und Vorfahren zu beruhigen. — 3, *ille*: der Dichter sieht in der Phantasie einen Hausvater die hl. Gebräuche verrichten; vgl. 19, 1 ff. — 4, *vincula nulla*: er ist blossfüßig, vgl. *Met.* 4, 70; das Freisein von Fesseln versinnbildlicht die gänzliche Hingebung an die Gottheit. — 5, Sinn: schmalzt mit den Fingern. Andere erklären *digitis . . . iunctis* 'durch Zeigen der Feige' (durch Zeigen des bei geschlossener Faust zwischen Zeige- und Mittelfinger durchgesteckten Daumens). — 8, *vertitur* 'dreht sich um'. — *fabas*: zu ihrer beschwörenden Kraft vgl. *Fast.* 19, 6. — 12, *colligere sc. fabas*. — 13, *aera*, Schellen oder überhaupt eiserne, geräuschmachende Dinge.

37. Das Fest am 15. Mai, besonders von Kaufleuten gefeiert. — 2, *Pleias uda*, Maia, eine der *Moisades*, des regenbringenden Siebengestirns. — 4, *arbiter* 'Vermittler'. — 5, *nitida*, weil die Ringenden sich mit Oel salbten.

- Quo didicit culte lingua docente loqui:  
 Templa tibi posuere patres spectantia Circum  
 Idibus: ex illo est haec tibi festa dies.  
 Te, quicumque suas profitetur vendere merces,  
 10 Ture dato, tribuas ut sibi luera, rogant.  
 Est aqua Mercurii portae vicina Capenae:  
 Si iuvat expertis credere, numen habet.  
 Huc venit incinctus tunicam mercator, et urna  
 Purus suffita, quam ferat, haurit aquam.  
 15 Uda fit hinc laurus; lauro sparguntur ab uda  
 Omnia, quae dominos sunt habitura novos.  
 Spargit et ipse suos lauro rorante capillos,  
 Et peragit solita fallere voce preces:  
 ‚Ablue praeteriti periuria temporis,‘ inquit  
 20 ‚Ablue praeteritae perfida verba die!  
 Sive ego te feci testem, falsove eitavi  
 Non audituri numina magna Iovis,  
 Sive deum prudens alium divamve fefelli:  
 Abstulerint celeres improba dicta noti.  
 25 Et pateant veniente die periuria nobis,  
 Nec eurent superi, siqua locutus ero.  
 Da modo luera mihi, da facta gaudia luero,  
 Et face, ut emptori verba dedisse iuvet.  
 Talia Mercurius poscentes ridet ab alto,  
 30 Se memor Ortygias surripuisse boves.

## 38. IUPPITER PISTOR.

- Cincta premebantur trucibus Capitolia Gallis,  
 Fecerat obsidio iam diuturna famem.  
 Iuppiter, ad solium superis regale vocatis,  
 ‚Incipe!‘ ait Marti; protinus ille refert:  
 5 ‚Scilicet ignotum est, quae sit fortuna meorum,

6. *quo docente*, als Gott der Beredsamkeit. — 8. *ex illo*, vgl. *ex quo*. — 14. *suffita*, zur Reinigung. — 20. *die*, Genetiv. — 21. *feci testem*, schwörend. — 28. *face*, statt *fac*. — *verba dare* ‚täuschen‘. — 30. *Ortygius* = *Delius*; die Rinder gehörten dem Delischen Apollo.

38. 5. *scilicet* (ironisch) ‚freilich‘.

- Et dolor hic animi voce querentis eget.  
 Si tamen, ut referam breviter mala iuncta pudori,  
 Exigis: Alpino Roma sub hoste iacet.  
 Haec est, cui fuerat promissa potentia rerum,  
 10 Iuppiter? hanc terris impositurus eras?  
 Iamque suburbanos Etruscaque contudit arma,  
 Spes erat in cursu: nunc lare pulsa suo est.  
 Vidimus ornatos aerata per atria picta  
 Veste triumphales occubuisse senes.  
 15 Vidimus Iliacae transferri pignora Vestae  
 Sede. Putant aliquos scilicet esse deos.  
 At si respicerent, qua vos habitatis in arce,  
 Totque domos vestras obsidione premi:  
 Nil opis in cura scirent superesse deorum,  
 20 Et data sollicita tura perire manu.  
 Atque utinam pugnae pateat locus! arma capessant,  
 Et, si non poterunt exsuperare, cadant.  
 Nunc inopes victus, ignavaque fata timentes  
 Monte suo clausos barbara turba premit.  
 25 Tunc Venus, et lituo pulcher trabeaque Quirinus,  
 Vestaque pro Latio multa locuta suo est.  
 ‚Publica‘ respondit ‚cura est pro moenibus istis,‘  
 Iuppiter ‚et poenas Gallia victa dabit.  
 Tu modo, quae desunt fruges, superesse putentur  
 30 Effice, nec sedes desere, Vesta, tuas.  
 Quodcumque est solidae cereris, cava machina frangat.  
 Mollitamque manu duret in igne focus.  
 Iusserat, et fratris virgo Saturnia iussis  
 Adnuit. Et mediae tempora noctis erant:  
 35 Iam ducibus somnum dederat labor. Inrepat illos  
 Iuppiter, et sacro, quid velit, ore docet:  
 ‚Surgite, et in medios de summis arcibus hostes

6. *animi*, nicht mit *querentis* zu verbinden. — 9. *haec est*, sc. *Roma*. — *potentia rerum* ‚Weltherrschaft‘. — 11. *suburbanos*, die umwohnenden Völker. — 12. *lare i. e. domo*. — 14. *vestis*, *toga*; *picta*, mit Gold auf purpurnem Grunde gestickt. — 15. *pignora* (Bild der Vesta), von Roms Weltherrschaft. — *transferri* nach Caere. — 17. *qua in arce totque* = *arcem, in qua . . . totque*. — 20. *perire*, vgl. *oleum et opera perit*. — 27. *publica, communis deorum*. — 30. *effice, (ut) putentur*. — 31. *cava machina*, Mühle. — 33. *virgo Saturnia, Vesta*.

- Mittite, quam minime perdere vultis, opem!  
Somnus abit, quaeruntque novis ambagibus acti,  
40 Perdere quam nolint et inbeantur opem.  
Esse ceres visa est; iaciunt Cerealia dona:  
Iacta super galeas scutaque longa sonant.  
Posse fame vinci spes excidit. Hoste repulso  
Candida Pistori ponitur ara Iovi.

## 39. METELLUS RETTET DAS PALLADIUM.

- Moenia Dardanides nuper nova fecerat Ilus:  
Ilus adhuc Asiae dives habebat opes:  
Creditor armiferae signum caeleste Minervae  
Urbis in Iliacae desiluisse iuga. —  
5 Cura videre fuit; vidi templumque locumque.  
Hoc superest illie; Pallada Roma tenet. —  
Consultitur Smintheus, lucoque obscurus opaco  
Hos non mentito reddidit ore sonos:  
,Aetheream servate deam, servabitis urbem:  
10 Imperium secum transferet illa loci.  
Servat, et inclusam summa tenet Ilus in arce,  
Curaque ad heredem Laomedonta redit.  
Sub Priamo servata parum; sic ipsa volebat,  
Ex quo iudicio forma revicta sua est.  
15 Seu genus Adrasti, seu furtis aptus Ulixes,  
Seu pius Aeneas eripuisse datur:  
Auctor in incerto; res est Romana; tuetur  
Vesta, quod assiduo lumine cuncta videt.

39. 1. Ilus, der Enkel des Dardanus, bat Iuppiter um ein Zeichen, dass die eben (*nuper*) erbaute Stadt (*Ilion*) ihm angenehm sei, und es fiel hierauf während der Nacht das Palladium vom Himmel. — 2. *Asia minor*. — 5. Ovid besuchte nach Sitte der jungen Römer Athen behufs weiterer Ausbildung. Von dort machte er auch eine Reise durch Griechenland und nach der Stelle, wo Troia gestanden. Der Tempel der Minerva scheint wieder aufgebaut worden zu sein, nachdem der erste Wiederaufbau im Mithridatischen Kriege zerstört worden. — 14. *iudicio Paridis*. — 15. *genus* ‚Sprössling‘, gemeint ist Diomedes. — *furtis* ‚Listen‘. — 16. *datur* = *fertur*. — 17. *auctor* etc. Der Dichter hält sich nicht dabei auf, wer das Palladium nach Rom und in dessen Besitz gebracht. — 18. *assiduo*: das Vestafeuer durfte nicht erlöschen.

- Heu quantum timere patres, quo tempore Vesta  
20 Arsit, et est adytis obruta paene suis!  
Flagrabant sancti sceleratis ignibus ignes,  
Mixtaque erat flammae flamma profana pia.  
Attonitae flebant demisso crine ministrae;  
Abstulerat vires corporis ipse timor.  
25 Provolat in medium, et magna ‚Succurrite!‘ voce,  
,Non est auxilium flere‘ Metellus ait.  
,Pignora virgineis fatalia tollite palmis!  
Non ea sunt voto, sed rapienda manu!  
Me miserum! dubitatis?’ ait; dubitare videbat,  
30 Et pavidas posito procubuisse genu.  
Haurit aquas, tollensque manus, ‚Ignoscite,‘ dixit  
,Sacra! vir intrabo non adeunda viro.  
Si scelus est, in me commissi poena redundet:  
Sit capitis damno Roma soluta mei.’  
35 Dixit, et irrupit; factum dea rapta probavit,  
Pontificisque sui munere tuta fuit.

## E LIBRIS TRISTIUM.

## 1. OVIDS LETZTE NACHT IN ROM.

- Cum subit illius tristissima noctis imago,  
Qua mihi supremum tempus in Urbe fuit,  
Cum repeto noctem, qua tot mihi cara reliqui,  
Labitur ex oculis nunc quoque gutta meis.  
5 Iam prope lux aderat, qua me discedere Caesar  
Finibus extremas iusserat Ausoniae.  
Nec spatium fuerat nec mens satis apta parandi;  
Torpuerant longa pectora nostra mora.  
Non mihi servorum, comitis non cura legendi,  
10 Non aptae profugo vestis opisve fuit.  
Non aliter stupui, quam qui Iovis ignibus ictus  
Vivit et est vitae nescius ipse suae.  
Ut tamen hanc animi nubem dolor ipse removit,

19. im Jahre 513. — 31. *haurit aquas* als *ritus lustrandi*.  
1, 7. *apta*, Acc. — 8. *longamora*, während geraumer Weile.

- Et tandem sensus convaluere mei,  
 15 Alloquor extremum maestos abiturus amicos,  
 Qui modo de multis unus et alter erant.  
 Uxor amans flentem flens acrius ipsa tenebat,  
 Imbre per indignas usque cadente genas.  
 20 Nata procul Libycis aberat diversa sub oris,  
 Nec poterat fati certior esse mei.  
 Quocumque aspiceres, luctus gemitusque sonabant,  
 Formaue non taciti funeris intus erat.  
 Femina virque meo pueri quoque funere maerent,  
 Inque domo lacrimas angulus omnis habet.  
 25 Si licet exemplis in parvo grandibus uti,  
 Haec facies Troiae, cum caperetur, erat.  
 Iamque quiescebant voces hominumque canumque,  
 Lunaue nocturnos alta regebat equos.  
 Hanc ego suspiciens et ab hac Capitolia cernens,  
 30 Quae nostro frustra iuncta fuere lari,  
 „Numina vicinis habitantia sedibus”, inquam  
 „Iamque oculis numquam templa videnda meis,  
 Dique relinquendi, quos urbs tenet alta Quirini,  
 Este salutati tempus in omne mihi!  
 35 Et quamquam sero clipeum post vulnera sumo,  
 Attamen hanc odiis exonerate fugam;  
 Caelestique viro, quis me deceperit error,  
 Dicite, pro culpa ne scelus esse putet,  
 Ut, quod vos scitis, poenae quoque sentiat auctor;  
 40 Placato possum non miser esse deo.”  
 Hac prece adoravi superos ego; pluribus uxor,  
 Singultu medios impediante sonos.  
 Illa etiam ante lares passis prostrata capillis  
 Contigit extinctos ore tremente focos,  
 45 Multaque in adversos effudit verba penates  
 Pro deplorato non valitura viro.

23. *pueri* „Kinder”. — 29. *ab*, von . . weg. — 30. *nostro lari i. e. nostrae domui*. — *frustra*, da Iuppiter Capitolinus ihn nicht schützte. — 36. *fugam* = *exsilium*. — 37. *viro Augusto*. — 38. *culpa*, Schuld aus Unvorsichtigkeit und ohne verbrecherische Absicht; *scelus*, Schuld mit letzterer. Jene Schuld ist uns unbekannt. — 44. *extinctos*: das Feuer des Herdes wurde in Trauerfällen ausgelöscht.

- Iamque morae spatium nox praecipitata negabat,  
 Sed blandus patriae me retinebat amor.  
 A! quotiens aliquo dixi properante: „Quid urges?  
 50 Vel quo festines ire, vel unde, vide!”  
 A! quotiens certam me sum mentitus habere  
 Horam, propositae quae foret apta viae.  
 Ter limen tetigi, ter sum revocatus, et ipse  
 Indulgens animo pes mihi tardus erat.  
 55 Saepe vale dicto rursus sum multa locutus,  
 Et quasi discedens oscula summa dedi.  
 Saepe eadem mandata dedi, meque ipse fefelli,  
 Respiciens oculis pignora cara meis.  
 Denique, Quid propero? Scythia est, quo mittimur, inquam,  
 60 „Roma relinquenda est, utraque iusta mora est.  
 Uxor in aeternum vivo mihi viva negatur,  
 Et domus et fidae dulcia membra domus,  
 Quosque ego fraterno dilexi more sodales,  
 O mihi Thesea pectora iuncta fide!  
 65 Dum licet, amplectar; numquam fortasse licebit  
 Amplius; in lucro est, quae datur hora mihi.”  
 Nec mora, sermonis verba imperfecta relinquo,  
 Complectens animo proxima quaeque meo.  
 Dum loquor et flemus, caelo nitidissimus alto,  
 70 Stella gravis nobis, Lucifer ortus erat.  
 Dividor haud aliter, quam si mea membra relinquam,  
 Et pars abrumpi corpore visa suo est.  
 Sic doluit Mettus tunc, cum in contraria versos  
 Ultiores habuit proditionis equos.  
 75 Tum vero exoritur clamor gemitusque meorum,  
 Et feriunt maestae pectora nuda manus.  
 Tum vero coniunx, umeris abeuntis inhaerens,  
 Miscuit haec lacrimis tristia dicta suis:  
 „Non potes avelli: simul, a! simul ibimus” inquit:  
 80 „Te sequar et coniunx exsulis exsul ero.  
 Et mihi facta via est, et me capit ultima tellus;  
 Accedam profugae sarcina parva rati.

55. *vale*, Abl. — 64. Theseus versuchte seinen Freund Pirithous aus der Gefangenschaft in der Unterwelt zu befreien. — 73. *Mettus Suffetius*, albanischer Feldherr, wurde wegen Verrat in zwei Theile zerrissen. — 76. *nuda*, vgl. Fast. 29, 60 u. 66.



- Te iubet a patria discedere Caesaris ira,  
 Me pietas; pietas haec mihi Caesar erit.  
 85 Talia temptabat, sicut temptaverat ante,  
 Vixque dedit victas utilitate manus.  
 Egreior — sive illud erat sine funere ferri —  
 Squalidus immissis hirta per ora comis.  
 Illa dolore amens tenebris narratur abortis  
 90 Semianimis media procubuisse domo:  
 Utque resurrexit foedatis pulvere turpi  
 Crinibus et gelida membra levavit humo,  
 Se modo, desertos modo complorasse penates,  
 Nomen et erepti saepe vocasse viri,  
 95 Nec gemuisse minus, quam si nataeve meumve  
 Vidisset structos corpus habere rogos,  
 Et voluisse mori, moriendo ponere sensus,  
 Respectuque tamen non voluisse mei.  
 Vivat! et absentem — quoniam sic fata tulerunt —  
 100 Vivat ut auxilio sublevet usque suo.

## 2. DES DICHTERS SELBSTBIOGRAPHIE.

- Ille ego qui fuerim, tenerorum lusor amorum,  
 Quem legis ut noris, accipe posteritas.  
 Sulmo mihi patria est, gelidis uberrimis undis,  
 Milia qui novies distat ab Urbe decem.  
 5 Editus hinc ego sum, nec non ut tempora noris,  
 Cum cecidit fato consul uterque pari.  
 Si quid id est, usque a proavis vetus ordinis heres,  
 Non modo fortunae munere factus eques.

84. *Caesar i. e. pro Caesaris ira.* — 86. *victas manus dare:* der Ausdruck ist hergenommen von den sich für besiegt erklärenden Gladiatoren. — 87. *ferri = efferr.* — 89. *tenebrae* ‚Ohnmacht‘. — 90. *semianimis*, viersilbig. — 99. u. 100. constr. *vivat et* (u. zwar) *vivat, ut absentem auxilio sublevet.*

2. 1. constr. *accipe posteritas, qui fuerim, ut noris, quem legis.* — *lusor*, scherzhafter Dichter. — *amores*, Titel eines seiner Werke. — 3. *Sulmo* im Paelignerlande. — 4. ca. 18 deutsche M. = 90 röm. — 5. *nec non = et.* — 6. *consul uterque:* Hirtius u. Pansa in der Schlacht bei Mutina im J. 43. — 7. *ordinis equestris.* — 8. *modo* ‚eben erst‘. — *fortunae munere:* am Ende der Republik war eine Menge unwürdiger Leute durch die Machthaber in den Ritterstand gekommen.

- Nec stirps prima fui, genito sum fratre creatus,  
 10 Qui tribus ante quater mensibus ortus erat.  
 Lucifer amberum natalibus adfuit idem;  
 Una celebrata est per duo liba dies.  
 Haec est armiferae festis de quinque Minervae,  
 Quae fieri pugna prima cruenta solet.  
 15 Protinus excolitur teneri, curaque parentis  
 Imus ad insignes Urbis ab arte viros.  
 Frater ad eloquium viridi tendebat ab aevo,  
 Fortia verbosi natus ad arma fori.  
 At mihi iam puero caelestia sacra placebant,  
 20 Inque suum furtim Musa trahebat opus.  
 Saepe pater dixit: ‚Studium quid inutile temptas?  
 Maeonides nullas ipse reliquit opes.‘  
 Motus eram dictis, totoque Helicone relicto  
 Scribere conabar verba soluta modis.  
 25 Sponte sua carmen numeros veniebat ad aptos,  
 Et quod temptabam dicere, versus erat.  
 Interea tacito passu labentibus annis  
 Liberior fratri sumpta mihique toga est,  
 Induiturque umeris cum lato purpura clavo,  
 30 Et studium nobis, quod fuit ante, manet.  
 Iamque decem vitae frater geminaverat annos,  
 Cum perit, et coepi parte carere mei.  
 Cepimus et tenerae primos aetatis honores,  
 Deque viris quondam pars tribus una fui.  
 35 Curia restabat; clavi mensura coacta est:  
 Maius erat nostris viribus illud onus.

12. *liba:* Honigkuchen brachte man am Geburtstage seinem Genius dar. — 13. Die 5 Festtage sind die Quinquätus vom 19. bis 23. März, von denen die 4 letzten mit Gladiatorenspielen (*pugna*) gefeiert wurden. — 16. *ab* (von Seiten) ‚wegen‘. — 19. *caelestia sacra* erklärt v. 20. — 24. *modi* (v. 25 *numeri*) ‚Rhythmen‘. — 28. *toga (i. e. virilis)*, im 16. Lebensjahre *liberior*, weil mit deren Annahme die jungen Leute eine grössere Freiheit erhielten. — 29. *latus clavus*, ein breiter Purpurstreifen an der Tunica, das Insigne der Senatoren und (seit Augustus) auch ihrer Söhne, wenn sie nicht auf die höheren Magistrate verzichteten. — 34. *viris tribus:* wahrscheinlich war er einer der Triumphviren, die die Aufsicht über das Gefängniswesen hatten. — 35. *mensura coacta est:* weil Ovid nicht in den Senat treten wollte, nahm er statt des breiten Purpurstreifens wieder den schmalen, das Insigne der Ritter.

- Nec patiens corpus, nec mens fuit apta labori,  
Sollicitaeque fugax ambitionis eram.  
Et petere Aoniae suadebant tuta sorores  
40 Otia, iudicio semper amata meo.  
Temporis illius colui fovique poëtas,  
Quotque aderant vates, rebar adesse deos.  
Saepe suas volucres legit mihi grandior aevo,  
Quaeque necet serpens, quae iuвет herba, Macer.  
45 Saepe suos solitus recitare Propertius ignes,  
Iure sodalicio qui mihi iunctus erat.  
Ponticus heroo, Bassus quoque clarus iambis  
Dulcia convictus membra fuere mei.  
Et tenuit nostras numerosus Horatius aures,  
50 Dum ferit Ausonia carmina culta lyra.  
Vergilium vidi tantum; nec amara Tibullo  
Tempus amicitiae fata dedere meae.  
Successor fuit hic tibi, Galle, Propertius illi,  
Quartus ab his serie temporis ipse fui.  
55 Utque ego maiores, sic me coluere minores,  
Notaque non tarde facta Thalia mea est.  
Carmina cum primum populo iuvenilia legi.  
Barba resecta mihi bisve semel fuit.  
Multa quidem scripsi; sed quae vitiosa putavi,  
60 Emendaturis ignibus ipse dedi.  
Tunc quoque, cum fugerem, quaedam placitura cremavi,  
Iratu studio carminibusque meis.  
Paene mihi puero nec digna nec utilis uxor  
Est data, quae tempus per breve nupta fuit.  
65 Illi successit, quamvis sine crimine coniunx,

39. *Aoniae sorores i. e. Musae.* — 44. *Macer*, Verfasser eines verloren gegangenen Lehrgedichtes über Vögel, Schlangen und Kräuter. — 45. *ignes amoris*, Liebeselegien. — 47. *heroo versu*, durch sein Epos Thebäis (verloren). — *iambis*, Spottgedichte. — 50. *ferit carmina*: der Ausdruck *ferire* von der Leier auf die Gedichte übertragen. — 51. *Vergilium*, der die letzten Lebensjahre meist in Neapel verlebte. — *Tibullus*, früh gestorben, in demselben Jahre wie Vergil, als Ovid 24 Jahre alt war. — 53. Die Gedichte des Gallus sind verloren. — 56. *Thalia*, hier Muse überhaupt. — 61. *fugerem* bezieht sich auf die Verbannung (*fuga*). — *placitura* = *quae placitura erant*, (*nisi cremavissem*) vgl. Gramm. § 314, 1 u. v. 73.

- Non tamen in nostro firma futura toro.  
Ultima, quae mecum seros permansit in annos,  
Sustinuit coniunx exsulis esse viri.  
Filia me mea bis prima fecunda iuventa,  
70 Sed non ex uno coniuge, fecit avum.  
Et iam complerat genitor sua fata novemque  
Addiderat lustris altera lustra novem.  
Non aliter flevi, quam me fleturus ademptum  
Ille fuit. Matri proxima iusta tuli.  
75 Felices ambo tempestiveque sepulti,  
Ante diem poenae quod periere meae!  
Me quoque felicem, quod non viventibus illis  
Sum miser, et de me quod doluere nihil!  
Si tamen extinctis aliquid nisi nomina restat,  
80 Et gracilis structos effugit umbra rogos:  
Fama, parentales, si vos mea contigit, umbrae,  
Et sunt in Stygio crimina nostra foro:  
Scite, precor, causam — nec vos mihi fallere fas est —  
Errorem iussae, non scelus, esse fugae.  
85 Manibus hoc satis est. Ad vos, studiosa, revertor,  
Pectora, qui vitae quaeritis acta meae.  
Iam mihi canities pulsus melioribus annis  
Venerat, antiquas miscueratque comas,  
Postque meos ortus Pisaea vinctus oliva  
90 Abstulerat decies praemia victor equus,  
Cum maris Euxini positos ad laeva Tomitas  
Quaerere me laesi principis ira iubet.  
Causa meae cunctis nimium quoque nota ruinae  
Indicio non est testificanda meo.  
95 Quid referam comitumque nefas famulosque nocentes?  
Ipsa multa tuli non leviora fuga.  
Indignata malis mens est succumbere, seque  
Praestitit invictam viribus usa suis.

66. *toro* ‚Ehe‘. — 74. *iusta* letzte Ehe. — 79. *nisi nomina* (einzig) erg. *restant*, zweiter, dem ersten coordinirter Bedingungssatz. — 82. *Stygio foro*: Verhältnisse der Oberwelt auf die Unterwelt übertragen. — 85. *Manibus parentum*. — 89. *Pisaea*: in der Nähe von Pisa wurden die olympischen Spiele in jedem 5. Jahre gefeiert; die Olympiaden sind vom Dichter zu 5 Jahren gerechnet — dem röm. *lustrum*. — 91. *positos i. e. habitantes*.

- Oblitusque mei ductaeque per otia vitae,  
 100 Insolita cepi temporis arma manu.  
 Totque tuli casus pelago terraque, quot inter  
 Occultum stellae conspicuumque polum.  
 Tacta mihi tandem longis erroribus acto  
 Iuncta pharetratis Sarmatis ora Getis.  
 105 Hic ego finitimis quamvis circumsoner armis,  
 Tristia, quo possum, carmine fata levo.  
 Quod quamvis nemo est, cuius referatur ad aures,  
 Sic tamen absumo decipioque diem.  
 Ergo quod vivo, durisque laboribus obsto,  
 110 Nec me sollicitae taedia lucis habent,  
 Gratia, Musa, tibi; nam tu solacia praebes,  
 Tu curae requies, tu medicina venis.  
 Tu dux et comes es; tu nos abducis ab Histro,  
 In medioque mihi das Helicone locum.  
 115 Tu mihi, quod rarum est, vivo sublime dedisti  
 Nomen, ab exsequiis quod dare fama solet.  
 Nec qui detrectat praesentia, Livor iniquo  
 Ullum de nostris dente memordit opus.  
 Nam tulerint magnos cum saecula nostra poëtas,  
 120 Non fuit ingenio fama maligna meo.  
 Cumque ego praeponam multos mihi, non minor illis  
 Dicor et in toto plurimus orbe legor.  
 Si quid habent igitur vatum praesagia veri,  
 Protinus ut moriar, non ero, terra, tuus.  
 125 Sive favore tuli, sive hanc ego carmine famam  
 Iure: tibi grates, candide lector, ago.

100. *arma temporis*, die Waffen meiner Lage ‚Geduld‘. —  
 102. *occultum (polum)*, Südpol, den Bewohnern der nördlichen Halb-  
 kugel nicht sichtbar. — 104. *Sarmatis*, Adj. — 106. *possum sc.*  
*levare*. — 107. *quod (carmen)* ist Subj. zu *referatur*. — 116. *ab =*  
*post*. — 122. *plurimus*, vgl. *Past.* II, 6. — 124. *ut*, concessiv.  
 — 125. *ferre*, ‚ernten‘.

Der Dichter starb zu Tomi, in einer unwirtlichen, von den um-  
 wohnenden Sarmatischen und Getischen Völkern oft mit Ein-  
 fällen heimgesuchten Gegend (vgl. v. 104 u. 105), von der ihm unleid-  
 lichen Stadt geehrt, im 8. Jahre seiner Verbannung, im 59. seines  
 Lebens, im 17. nach Chr. Geb.

## Inhaltsverzeichniss.

Die eingeklammerten Verse haben Aenderungen erfahren.

	Seite
Sentenzen . . . . .	1
<b>Ex libris Metamorphoseon.</b>	
1. Die Weltalter I, 89—162 . . . . .	5
2. Lycaon I, 163—199 (200); (205)—261 . . . . .	7
3. Die Deucalionische Fluth I, 262—312 . . . . .	10
4. Deucalion und Pyrrha I, 313—415 . . . . .	12
5. Phaethon II, 1—69; 76—128; 134—183; 187—192; (193—194); 200—216; 224—242; 248, 251; 254—271; (272 und 275); 276—415 . . . . .	16
6. Battus I, (680), 681—683; (684); 685—707 . . . . .	25
7. Cadmus und die Gründung Thebens III, 1—130 . . . . .	26
8. Pentheus III, 528—733 . . . . .	31
9. Pyramus und Thisbe IV, 55—73; 76—166 . . . . .	38
10. Cadmus in eine Schlange verwandelt IV, 564—595; 597—603 . . . . .	41
11. Perseus und Atlas IV, 615—662 . . . . .	42
12. Niobe VI, 146—223; (224—225); 226—293; 295—312 . . . . .	44
13. Die Verwandlung Lycischer Bauern in Frösche VI, 313—381 . . . . .	49
14. Jason und Medea VII, (5)—124; (130), 131—158 . . . . .	52
15. Pest auf Aegina. Die Myrmidonen VII, 523—526; 536—537; 547—579; 581—613; (614—617); 618—660 . . . . .	56
16. Dädalus und Icarus VIII, 183—190; 193—235 . . . . .	60
17. Theseus mit seinen Gefährten die Gäste des Achelous VIII, (546 und 547)—575 . . . . .	62
18. Echiniaden VIII, 576, 577, 579—588 . . . . .	63
19. Philemon und Baucis VIII, 611—724 . . . . .	63
20. Erysichthon VIII, 725—849; (850 und 851); 852—878 . . . . .	67
21. Der Zweikampf des Hercules mit Achelous VIII, 879—884; IX, 1—22; 27—97 . . . . .	72
22. Hercules tödtet den Nessus IX, (103)—122; 125—133 . . . . .	75

	Seite
23. Orpheus und Eurydice X, 1—67; 72—77 . . . . .	76
24. Cyparissus X, (109 und 110)—142 . . . . .	79
25. Hyacinthus X, (164)—219 . . . . .	80
26. Midas XI, (86—89)—133; (134 und 135)—193 . . . . .	82
27. Ceyx und Alcyone XI, 573—713; 715—748 . . . . .	86
28. Fama XII, 39—63 . . . . .	91
29. Kampf des Achilles und Cycnus XII, (78 und 79)—107; 113—145 . . . . .	92
30. Tod des Achilles XII, (580 und 584)—611 . . . . .	94
31. Tod des Ajax XII, 612—617; 620—628; XIII, (382)—398 . . . . .	95
32. Hecuba XIII, 408—440; (441 und 442)—460; 462—575 . . . . .	96
33. Der Cyclope XIII, (732)—785; (786 und 787); 788—864; (865 und 866)—903 . . . . .	101
34. Die Apotheose des Aeneas XIV, (581)—608 . . . . .	107
35. Die Apotheose des Romulus und der Hersilia XIV, 805—851 108	
36. Pythagoras XV, (60)—215; (216 und 221)—236; 252—272; 418—425; 431—478 . . . . .	109
Epilogus XV, 871—879 . . . . .	117

#### Ex libris Fastorum.

1. Zueignung I, 1—10; 13—26 . . . . .	118
2. Der erste Januar I, 63—88 . . . . .	119
3. Janus I, 89—228; 277—288 . . . . .	120
4. Lob der Sternkunde I, 295—310 . . . . .	125
5. Evander und Carmenta. Hercules und Caecus I, 465—498; 539—587 . . . . .	126
6. Zum Fest für eine gute Ernte I, 663—701 . . . . .	129
7. Am Feste des Friedens I, 709—722 . . . . .	130
8. Arion II, 83—118 . . . . .	131
9. Der 13. Februar. Tod der 306 Fabier II, 193—242 . . . . .	132
10. Der Rabe, die Schlange und der Krug II, 243—266 . . . . .	134
11. Das Lupercalienfest II, 267—272; 277—304; 361—380 . . . . .	135
12. Romulus und Remus Aussetzung II, 383—422; III, 59—68 . . . . .	137
13. Roms Gründung und Remus Tod IV, 809—862 . . . . .	138
14. Roms kleiner Anfang III, 167—198 . . . . .	140
15. Raub der Sabinerinnen (A. a. I, 107—130) . . . . .	141
16. Die Römer und Sabiner ein Volk III, 201—230 . . . . .	142
17. Apotheose des Romulus II, (481)—512 . . . . .	143

	Seite
18. Todtenehren II, 533—566 . . . . .	144
19. Die Götting Muta II, 571—582 . . . . .	146
20. Die Liebesmahle II, 617—627; 630—638 . . . . .	146
21. Das Terminalienfest II, 639—634 . . . . .	147
22. Einnahme von Gabii. Brutus II, 687—720 . . . . .	149
23. Egeria und Numa. Ancilia und Mamurius III, 259—260; (261 und 262, 275 und 276); 277—396 . . . . .	150
24. Das Fest der Anna Perenna und sein Ursprung III, 523—542; 544—656; 661—674 . . . . .	154
25. Der honigsuchende Silenus III, (739)—762 . . . . .	159
26. Phrixus und Helle III, 853—876 . . . . .	160
27. Ursprung der Corybanten IV, 197—214 . . . . .	161
28. Cybele in Rom. Ehrenrettung der Claudia IV, 249—276; 291—346 . . . . .	162
29. Ceres und Proserpina IV, 389—466; 481—620 . . . . .	165
30. Ursprung des Verbrennens der Füchse IV, 679—712 . . . . .	172
31. Für den Hirten am Palesfeste IV, 735—743; (746)—769; (772)—782 . . . . .	173
32. Robigalia IV, 905—936 . . . . .	175
33. Der Name Mai V, 57—74 . . . . .	176
34. Flora V, 183—188; 191—202; (207)—222; 261—266; 271—272; 275—292; 295—304; 311—330 . . . . .	177
35. Chiron V, 381—414 . . . . .	179
36. Die Lemurien V, 429—444 . . . . .	181
37. An Mercur V, 663—692 . . . . .	181
38. Iuppiter Pistor VI, 351—394 . . . . .	182
39. Metellus rettet das Palladium VI, 419—454 . . . . .	184

#### Ex libris tristium.

1. Ovids letzte Nacht in Rom I, 3, 1—47; (49); 51—102 . . . . .	185
2. Des Dichters Selbstbiographie IV, 10, 1—58; 61—64; 69—132 188	